



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XXXVI. De publicis Criminibus aliis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

699

DE PVBLICIS CRIMINIBVS

ALIIS. LIBER XXXVI.

De Falso. Cap. 1.
Lib. 48. Titulo. Lib. 9. Citat.

- 1 Sylva leges criminum quas mutauerit.
- 2 Falsum quando crimen maiestatis habeat.
- 3 Fallo & falsum quid. & unde dicatur.
- 4 Falsi crimen ut punibile sit tria requirit.
- 5 Falsum quando crimen habet punibile.
- 6 Mendacium quid.
- 7 Que in eo pendenda.
- 8 Pondera, mensurasve falsificans, qua poena puniendus.
- 9 Mensura & pondera aqua esse debent.
- 10 Dardanaris qui, & quare puniantur.
- 11 Mensuras mutans lucri causa, quomodo puniendus.
- 12 Mensurarum diuersitas, quo pacto non faciat falsum.
- 13 Mensurarum diuersarum abominatio & prohibitio iuris diuini.
- 14 Mensurae inaequales, quando non officium.
- 15 Mensurarum aquarum & ponderum noisio & cura, ad quem pertineant. & 17.
- 18 Mensuras concedendi & frangendi ius ex alia iurisditione.

SYLLA, qui sibi dictaturam perpetuam usurpauit, eaque abatus est, qui seipsum Cornelium viro nominauit, ut scribit Appianus in 1. bell. ciuili. leges alias dissoluit, alias imposuit, inter quas publicas quaestiones constituit de falso, & de patricio, de fideiussoribus, & praetores quinque adiecit eorum criminum gratia. Pompo. l. 2. deinde Cornelius Sylva, de orig. iur. p.

¶ Inter capita legis maiestatis hoc inuenitur, falsum in publicis tabulis scribere vel recitare. l. 3. ad l. In maiest. in P. § Falsum est, veritatis immutatio, § de instr. caue. & fid. in auth. collas. 6. titu. 3. & falsum, aliter quam vere factum, dictumve. Proinde veri superfluum falsum habet. auth. presbyter, in 1. de episc. & cler. l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fals. lib. 48. P. tit. 10. l. 2. §. con. ius vel vit. public. lib. 1. C. Et quicquid verum non est, falsum dici potest: quia nemo non ex fraude, vel mendacio alicuius tale fit, vel dicitur. l. 1. §. 1. qui ascenda, l. 4. §. utrum, de reb. dub. lib. 3. §. 4. P. tit. 5. Varro, §. de ling. Latin. falsum & fallere in verbis tantum esse, videtur asserere: dum ait, ab eodem verbo falsi, falli, falsum: & fallacia, quod propterea, quod falso quem decipit, ac contra quam dixit facit: itaque si quis res fallit, non proprio nomine, inquit, fallacia, sed translatio, ut a pede nostro posset, ac per hunc. Quamquam & nemo negauit, verbum falso, posse repeti aliunde quam a falso, nempe a Graeco *σφάλω*, quod idem est, quod euerro, subuero, frustror, spem alicuius, ut *σφάλωμαι*, supplantor, deicior, decipior, erro: quibus verbis omnis auctoris a vero continetur, quomodo quocunque contingat.

¶ Verum tamen annotandum, non omne falsum in crimen venire: nam & falsum dicens, interdum fallitur & fallit, & putat verum esse quod falsum est, quodve asseuerat inscius falsi: nec tunc crimen est, a homines, c. is autem, ca. primum est, 2. q. 2. Interdum fallu. a se, fallitque, & non fallitur: & tunc crimen falsum habet. c. homines falsum, 2. q. 2. D. August. de verb. Apost. serm. 38. ¶ Mendacium ¶ D. Augustinus ait, c. beatus Paulus, §. 1. 2. q. 3. falsam significationem vocis cum voluntate fallendi, & fallere temper esse voluntatis: falli autem, vel infirmitatis, vel temeritatis. ¶ Proinde in hoc crimine publico de falsis, exigui interpretes, Hostiensis, Az. Tacrea, in sum. ad eum tit. de falsis, tria: primum, immutationem veritatis: secundum, dolum: tertium, ut alteri nocumetur seu damnum inde contingat. Veluti, ut ait Paulus Iuriconsultus, l. quid sit falsum, 2. §. ad leg. Corn. de fals. Si quis chirographum alienum immutes, seu ut alii legunt, imitetur, aut libellum vel rationes intercedat vel describat: non autem qui alias in computatione vel in ratione mensuratur.

¶ Porro facilius methodi causa, in hoc crimine perpendimus, res, circa quas falsum: personas falsariorum: & negotia sine actione, quibus ad falsum ius est. Ex quibus iudicia & poenae facilius erunt. ¶ Res in quibus falsum est vel fit, sunt res ipsae immutatae, dicta & facta. In rebus exemplum, si praeter publicum modum quispiam immutata & illegitima pondera seu mensuras

vel stateram adulterinam habet vel falsat, quibus negotiando dolo malo alios decipiat. Cuius poena est apud Modestinum, l. pen. ad leg. Corn. de falsis P. ut quanti ea res erit, duplo condemnatur: & ex decreto Adriani, in insulam relegatio. Quod & Vlp. refert, l.annonam, 6. de extraord. crimin. P. qui & furtum in eo statuit, qui pondera vel maiores mensuras decipiendi venditoris causa dedit, in l. si quis uxori, 53. §. si maiore, de furr. lib. 47. P. titu. 2. datumque condicit, l. arbitrio, 18. §. de eo, de dolo. P. Mensura ita corrupta, falsa dicitur: quia modius iniquus, inquit Paul. l. Paulus respondit, 2. 2. de verb. sign. in P. modus non est. Ut falsus tutor is vere, qui tutor non est: & falsum testamentum, quod testamentum non est. ¶ Debenque sunt eius generis esse pondera, mensurae cuiusque priuati, cuiusmodi sunt publice expositae. Optime enim consultum est in omnibus ciuitatibus, fere, publicas mensuras aeneas vel lapideas habere, & ponderum legitimam determinationem, vt ad eorum normam priuatorum negotiatio aequa sit. Idque ex constitutione Valentis, l. modos, 9. de suscept. Praeposit. & Arca. lib. 10. C. tit. 70. mutatum est, quia modios aeneos, vel lapideos cum sextariis atque ponderibus, per mansiones, singulasque ciuitates insit collocari. Iustinianus & idipsum constituit, §. eos autem, de collator. in auth. coll. 8. & eos in ecclesia cuiusque ciuitatis conseruari. ¶ Signari ¶ publica nota debere scribit Guido Papae, q. 49. per l. 2. de frumen. urb. Alexan. lib. 11. C. Paulus in Dardanarios, 37. de poen. P. in Dardanarios propter falsum mensurarum modum, ob vilitatem popularis annonae, pro modo admissi extra ordinem animaduertit ita ut poenam ita arbitratam iudici committens, pro modo delicti imponendam. Dardanarios ἀναπολύτως dixit Iulius Pollux, qui emunt vt carius vendant, vulgus reuenditores vocat. Incidit & huiusmodi in legem Iuliam de annonae, dum contra annonam ita committunt. l. 2. ad leg. Iul. de anno. lib. 48. P. tit. 12.

¶ Concilio Moguntinensi, c. 2. de em. apud Greg. qui iusta pondera & mensuras lucri causa mutare ausus fuerit, triginta dies in pane & aqua posuere debet: quae poena in foro conscientiae interdum mutatur, eo quod expiationum criminum poena, eis, qui ex omologin audiunt, arbitraria relinquunt hodie. c. mensuras, de poen. dist. 1. Exstat & lex Iustiniani haec, in legi. Georgici Iustenia. tit. 7. περὶ ψυίας, l. 4. οὐ μέρει σίτη, ἢ οἷνο καλοῦσα ἕχοντες ἢ μὴ ἐκκαλοῦντες τῆ ἀρχαῖα μέτρον ἢ ἄλλο μέρησιν, ἀλλὰ διὰ ἀριζωνῆσιν καὶ τὰ διαστρωμένα ποῦντες τὴν ἰσθμοῦ ἰσοπέδος ὡς ἀπέχει. id est, qui diminutorum frumentis aut vini mensuras habent, mensuram veterem, & per manus a maioribus traditam, non vsurpantes, sed turpis lucri cupiditate contra statuta facientes, ut scelerati diuis verberibus afficiuntur. ¶ Obseruare tamen debent, qui commercia exercent ciuitatum & locorum, in quibus negotiantur, pondera & mensuras: vel quibus vt velint palam conuenire, ne fraudi locus sit. Ciuitates namque mensuras & pondera varia propriaque habere norunt negotiatores potissimum, quorum tantum interesset aequari mensuras vbique: nisi dicas eos carius vendere dum maiori, quam emerint vendunt, si minori vendant, vel libentissime lucrum amplecti, vinarum mensuram in pannis variam ostendunt ciuitates & nationes.

Nam vina	}	Tholozæ	4. palmorum est. Cana 8. p.
		In Montepeful.	4. p. Semis. Cana 9.
		Parisii	5. p. $\frac{1}{2}$
		Lugduni	5. p. $\frac{1}{2}$
		Niuisæ	8. p. $\frac{1}{2}$
		Barchinonæ	6. p. $\frac{1}{7}$
		Burdegalaë	6. p.
		Turonæ	5. p.
Valentiaë	4. p. $\frac{1}{2}$		
Flandriaë	3. p.		

Mensuram habent Tholosani propriam lignorum combustibilium ad certam longitudinem, summa & mirabili industria, per Garumnaë fluiuium in portum Tholosanum appulsi, nempe circum ferreum rotunditatis interioris vndecim palmorum, cui curam agentes politicam pretium imponunt. Sicut & tegulis seu cocticiis lateribus ad determinatam formam & mensuram longitudinis, latitudinis, & profunditatis diuendendis. Sunt vini & tritici diuersæ modiorum & doliorum mensurae, de quibus in

nostris Syntax. lib. 13. cap. 7. & 8. Et lib. 15. cap. 12. In ponderibus similes ciuitatum variationes: potissimum in maiusculo pondere. quod vocamus Quintallum.

Si quidem illud.	Tholosæ est	104. librarum.	
		Rotomagi	120. ll.
		Lutetiz	125. ll.
		Rochellæ	102. ll.
		Montispeffali	109. ll.
	Flandriæ	116. ll.	

Sunt & diuersa aliarum nationum ponderu genera, de quibus & iam locuti sumus lib. 15. Syntax. artis mirab. c. 13. Quæ mercatores distinguere debet inter conueniendū, ne se mutuo circūueniant. Si. n. conueniāt de pōdere, mensurā, aut instrumēto ponderandi vel mensurandi, fallum non committetur: sed si dum alter iusto pondere consueto mercari se intelligit, alter vero laetandi animo, vel maiori emendo, vel minori vendendo vel mutando vitur, certe fraus est maxima, & deceptio, falsū me cōmitti in mensuris & ponderibus dicitur.

13 ¶ Et iure diuino sic de his statuitur: Nolite facere, *Leuit.* 19. iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: statera iusta, & æqua sint pondera. Iustum æquipondium, quod Græcis *chalanus*, iustum modius, æquusq; sextarius, inquit Dominus. Et alibi, *Deuter.* 25. Non habebis in sacco diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Ponderis habebis iustum & verum, & modius æqualis verusq; erit tibi, ut multo tempore viuas super terram, quam dominus adorari tibi. Et iterum, *Prou.* 20. Ponderis & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum. Per Ezechielem c. 29. quoque dictum est, *Statera & Ephraim, & beatus iustus erit vobis.* *Oleas.* c. 12. etiam exprobrans peccata grauiora Israel, ob quæ Dei ita concitata erat in eum, commemorat illud infigne: *Chanaam, in manu eius statera dolosa, calumniā dixit.* Latius & exprobratio fit apud Michæam, c. 6.

14 ¶ Carolus V. in *constit. capital. rerum, habitis in comitiis Auguste.* art. 113. Imperator, in constitutione causarum capitalium statuit, ut falsas mensuras dolo habens, huiusmodi conuictus ut, etiam morte plectatur. Iure Saxonum qui eorumpit mensuram, cum fustigatione: qui ea vitur tantum, sine fustigatione relegatur.

15 ¶ *VVesembec.* ad tit. ad leg. *Corn. de fals. num.* 6. ¶ Et hæc intelligenda sunt, quando in mensuris deceptionis animus est, & qui decipitur, arbitratu communi pondere & mensura negotiari: alioquin si conueniat de mensura ut dixi, nihil interest qualis ea sit, quia tunc dolosa non est, cum de ea placuerit, ut notat Paulus. *l. Imperatores,* 71. de *contrahend. emt.* lib. 18. *P. tit.* 1. Alioquin si nominatum fuerit tantum mensuræ genus, ex more regionis mensura & pondus sine imminutione vel incremento intelligi debet, *d. l. Imperatores,* & *ca. ex parte,* c. 18. lib. 3. *Decret. tit.* 39. de *ensibus.* variant quippe pondera & mensuræ pro locorum more maiores minoresque sunt, quibus uti sine fraude licet etiam edicto regio in Gallia, *Francisc. l. edicto, sur les annees, publ.* 1540. nisi dum agitur de vectigalibus exigendis negotiatorum, in quibus sancitum, omnia pondera & mensuras reduceptas, vel ad morem mensurarum & ponderum Parisiorum, *Francisc. l. edicto, sur l'imposition fo-*

16 *raine.* ¶ Quod si mensuræ & pondera illegitima sint, cura & notio pertinet ad moderatorem seu ad præfectum prouinciarum, si de specierum aliarum, quam metalli ponderibus agatur: nam auri & argenti & aliorum metallorum pōdera, ad comitem sacrarum largitionum pertinent, ex constitutione Iustitiani. *in §. eos autem qui publica, de collatio, in authen. col.* 9. tit. 14. *l. si. de suscepto.* lib. 10. *C. tit.* 70. Ad ædiles curules pertinere, frangere falsas & iniqvas mēsuras, docet Vlpianus, *in litem quaritur,* 14. *§. si quis mensuras con-*

duxerit, *loc. li.* 19. *P. tit.* 2. apud quoscunque repererit. Et Perlius innuit, *Saty.* 1.

Erant & Athenis *uxæ epheporum* magistratus quidam quindecim virorum in *Piræo*, nouem in *vebe*, teste *Suida, in verb. uel epheporum*, quibus cura erat, ut venditores iustis mensuris vterentur. ¶ *Honorius* ¶ & *Theodos.* *l. pen. de defenso. ciuita.* lib. 1. *C. tit.* 56. ad curam & solertiam ciuitatum pertinere voluerunt, ne possessores maioribus mensuris & ponderibus a susceptoribus prægrauarentur, & eos deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissæ fraudis indicio. ¶ *Chassanæus* ¶ ad *consuetud. Burgund.* & in *rub. du droit des Justices, vers l'item* ut mensurandi, aut in ius ponderandi & mensurandi, auctoritatemque concedendi & frangendi falsas mensuras ex superioribus colligere videtur, & esse mixti impetii seu

de alta iurisdictione. Quod & tenetur Guido Papæus, *quæst.* 490. & Petrus Iacobus, *in tit. de mixt. imper. in fin.* Ponderare autem & mensurare, esse inferioris. seu ut loquuntur, bassæ iurisdictionis, *Chassan. vbi supra per Linbemus, de defensor. ciui.* C. Regium esse, ius ponderis & mensurarum, & prouentum eius ad regem pertinere. ait *Rhenatus Chopinus, lib. 3. de dominio regis, tit.* 22. Erant Romæ antiquitus, *Papin. l. his honoribus,* 10. *§. 1. de vaca. muner. lib.* 50. *P. tit.* 5. corpora siue collegia, quæ habebant curam mensurarum frumenti, cum vacatione munerum, etsi in prouinciis hoc privilegio non vterentur.

De falsa Moneta. Cap. 2.

- 1 *Cornelia lex numaria de falsa moneta.*
- 2 *Numismatum materia.*
- 3 *Argentum quando pro numis signatum Roma.*
- 4 *Numorum ex quibus varia tracta nomina, a figura, aut pondere, aut valore.*
- 5 *Numi inuentio ad commercia necessaria.*
- 6 *Aurichalcus numi indorum.*
- 7 *Numi argentei mixti are a quo, mixtione ferro, plumbi, stanni, &c.*
- 8 *Auro & argento æ vel stannum miscuisse, capitale.*
- 9 *Aloy in moneta quid.*
- 10 *Argentum accurate defecatum duodecim denariorum ditum.*
- 11 *Aurea moneta quare æ, argentumq; mixtum.*
- 12 *Auri in argento quo æstimatio, ut argenti in ære.*
- 13 *Libra auri quot solidis æstimata. Et 14. Quot aureus, 17.*
- 15 *Aureorum prisorum solidorum valor, & mutatio.*
- 16 *Moneta valor augmentatus sine pondere subditis nocet in commercio.*
- 18 *Character in numismatibus quid profit.*
- 19 *Numisma quis primus excussit apud varias nationes.*
- 20 *Bos pecunia Atheniensium.*
- 21 *Numismatum Romanorum nota, Ianus, nauis, rates, bigæ, qua dirige.*
- 22 *Facies principum impressa pecuniis.*
- 23 *Numo omnia æstimantur.*
- 24 *Et unde accipit nomen.*
- 24 *Numismatum materia, pōdus, & character hodie in solius principis potestate.*
- 25 *Monete cudenda ius in Gallia, qui ex privilegio habeant.*
- 26 *Monete valorem augere, vel minuire solus princeps potest, non priuati.*
- 27 *Pecunia mutuata in qua specie vel valore reddenda.*
- 28 *Monete falsariis masculis reus, & iurisdictionis regionum indicum.*
- 29 *Monete materiam falsam immiscens, qua pena plectatur.*
- 30 *Monetam sine auctoritate principis etiam probam percussit, quomodo puniendus.*
- 31 *Monetam falsam percussentes, nec absoluentes & perscutes, non puniantur.*
- 32 *Memoria consecrata Darii in moneta puri auri.*
- 33 *Monetam suo nomine percussere capitale alii, quam regi.*
- 34 *Monetam falsam expendentes ut falsarii puniuntur.*
- 35 *Monetam tingentes, vel radentes vel circumcidentes, quomodo puniantur.*
- 36 *Monetam reprobatam non licet emere vel habere.*

¶ Ex ¶ *Cornelia* de falsis numaria quoque est, & re etiam falsum committitur, in moneta adulterina. Ut sciamus aurem, quæ adulterina, quæve falsa numismata: quæ proba faciant, præmittendum. Tria itaque, *gl. in c. quanto,* c. 18. *in vers. patris, de iuris.* in omni numismate consideranda, primo, materia publice electa, *Paul. in l. 1. de contr. emt.* lib. 18. *P. tit.* 1. cum certo pondere. 2. Character, quo insignitur seu notatur forma publica, *d. l. 1. 3.* Valor, seu sanctio decreta. *d. l. 1.* In quibus omnibus quid decretum a superioribus, quæque in vñ fiat, qui numis vntur, inspicimus.

¶ Numismatis materia, æs, aurum, argentum, quæ aliquando pura per se, aliquando miscentur. Ære tantum eoque rudid est, non signato vñ sunt olim Romani ante Seruum regem, qui primus æs signauit pecudum nota: vnde & pecuniam appellatam, tradit *Plinius, lib.* 33. *cap.* 3. libralis, vnde & libella, & dipondius appende-

appendebatur assis. Quare & aeris grauis pecunia distrahitur & libripens, quare ex cōueniendi in emtionibus que mancipi erant, etiam libra interponebatur: moxque ille, nouissime tenus, in quibus alienatio fiebat retentus posterioribus temporibus: ut interueniret as & libra & libripens, Cuius lib. 1. Inst. tit. 6. Boe. in topi. 3. Fest. Pomp. lib. 5. Gell. lib. 5. c. 19. velut imaginaria facta venditione. ut in testamentis, Iustin. in §. 1. de test. lib. 2. Inst. tit. 10. Cuius lib. 2. de leg. emancipationibus liberorum, l. fin. de emancip. libro. lib. 8. C. tit. 49. & id genus similibus. vide Brissonum, lib. 1. Selecta. Antiqu. tit. civil. c. 7.

Argentum signatum est anno urbis Rom. 585. Q. Fabio Coliquaque annis ante primum bellum Punicum. Sexagesimo secundo anno post argenteum, percussus est aureus numus. Plin. lib. 33. c. 3. Leonardus f. de Portis ait, lib. 1. de Sestertio. primum rudibus metallis teretibus, ut virgulis, vel in latitudinem diffusis vsos in commercio antiquos: postea ad reprimendas adulterantium fraudes signatis, quibus diuersis imaginibus impressis hominum & animalium, ut sagittarum, nothæ, & aliarum rerum diuersa nomina imposita sint. Tales Daricos, Philippicos, & aliorum regum numos, ut a pondere & numero, & diuersis rebus impressis, diuersa alia nomina: quæ uero Græcis, quæ sunt dragma, tetradrachmi, oboli, minæ. Latini, denarii, quadranti, bigati, sestertia. Fuisse antiquis numos scorticos, id est, ex coriis bubalis. Alex. ab Alexan. lib. 4. Genial. dier. c. 15. ligneos, alperos, quadratos, testis Wolphangus Latus, lib. 3. commentar. de rep. Roman. ca. 3. qui & tales tempore militiæ apud Germanos scribit fieri. De quadratis meminit Iustinianus, §. fin. de exactio. tributi. in authent. Auctor & Suidas, in verb. ἀσδερα. Numam alterum a Romulo regem Romanorum, primum ex ære & ferro factam monetam donasse Romanis, cum antea omnes, qui eum antecesserant, coriis & testis ad eam rem uterentur. Est quidam liber facis ut opinantur antiqui incerti auctoris, qui subiungitur libro Notitiæ utriusque imperii, qui de rebus bellicis inferbitur. Is in c. 1. tradit, antiquorum monetam seu numum ad emendi vel vendendi utilitatem fuisse ex terra excolta pollicis & ære solidata: primum ventibus principibus ære in simulacris propriis, ad virtutis suæ testimonia figuratis, auro & argento in micribus: de nū fustidientes inuentum, formatos ex coriis & bes aureo medico signasse hac nota, ☉ Postea æs signatum, & regalem maiestatem & speciem in auro & argento tantum signatum.

Necessitas utrumque coegit inueniri, ut commercia in societate hominum necessaria. l. 1. de contrab. em. in P. l. ex hoc iure, de insti. & iure, 2. de nudi. in P. §. ius autem gentium. de iure nat. ap. Justin. facili negotio perficerentur, d. l. 1. de contra. em. Et Plato, 2. de repub. ἀρρητὸν δὴ ἡμῶν ἢ ἄλλου τῆς ἀδράχης ἢ ἐρατοῦ ἢ ἑτέρου, forum venale, & pecunia erit, commutationis causa. Et Aristoteles, 1. Polit. c. 6. ἡ ἀράχνη ἢ ἡ νομισματικὴ ἐστὶν οὐκ ἀλλοτρίως, omnia enim placuit pecunia æstimari posse, ἡ δὲ ἀράχνη ἢ ἐρατοῦ ἢ ἑτέρου ἢ ἀλλοτρίως, ut ait idem Aristoteles, 4. Ethicor. ad Nicom. c. 1. omnia dicimus ἡ ἀράχνη, quorum valor numo mensuratur. Unde de f. & iurisdictioni pecunie nomine, quod est nūmi pecude olim signati, Plin. lib. 33. c. 3. & lib. 18. c. 3. omnes res contineri: quia pecunia æstimari possunt. l. 4. §. l. pecunia nomē, 2. 22. §. l. pecunie verbum, 178. de verb. sign. in P. Quin etiam Indis numismata sunt ex aurichalco, ære uero nigro confecta, quibus omnia emere licet iis, qui Indorum mores & instituta sequuntur. Phyllost. lib. 2. de vita Apollon. Tempore Iulii Cæsaris, Britanni, qui nunc Angli, utebatur numo ferreo, aut annulis ferreis, ad certum pondus examinatis, pro numo. Iul. Cas. Comment. belli Gallic. lib. 5. Linius Drusus, in tribunatu plebis octauam partem æris argento miscuit, teste Plinio, lib. 33. c. 3. & Antonius triumuir, ferrum. Plumbei numi, & itanei prohibentur lege Cornelia de falsis. Plin. l. lege Cornelia, 9. ad leg. Corn. de fals. in P. In quo Antoninus Caracalla reprehenditur a Dione vel eius abbreviatore X. philino, ex Dio. in Caracalla. Antonino Caracalla, inquit, cum cetera omnia, tum numum adulterinum erat: nam pro argēto auro uero quod nobis daret, plumbum argentatum, & as inauratum parabat. Quare autem plumbum a moneta exploditur, vel itaneus, decidua materia horum metallorum potest esse causa: nam collybus horum maior, sordescunt maxime manus horum cōtractæ, & breui tempore iustum, quod daretur pondus intercederet, quæ in argēto precauere potest, quæ & vsu, ut & deterior, in quo minori detrimento aurum excellit.

Statuit Tacitus Imperator, ut si quis argento publice priuatoque æs miscuisset, si quis auro argentum, si quis æri plumbum, capitale esset, cum bonorum procriptione, ut scribit F. au.

Vopiscus, in Tacito. Ceterum metallorum, quæ nimis cūdendi designatur materia, mixtionis etiam legem a principe recipi quam curatores monetarum sequi debent: vocant legem illam alloy, vel ligaturam. Ita enim misceri. & expedire auri & utilitati publicæ vitum est. Neque vllum metallum etiam inuenitur vsq; adeo defæctatum, quod nō alterius quamdam mixtionem habeat, vel exigat. Et proinde ultra illam naturalem mixtionem decretam a principe, quatenus alia mixtio fieri possit. Bonitatis autem metalli iudicium in puritate suæ speciei consistit, a quo receditur, eo minus æstimatur. Argentum accurate defæctatum ab aurificibus 12. denariorum nominatur. Denarius qui quilibet in 24. dividitur, vnum quodque granum in 24. Caratia: istis gradibus miscetur æs. Quod si ultra dimidiam sui partem æcum argento miscetur, & media parte impuritatem contrahat, dicitur argentum impurum, seu de billon. In moneta quoque aurea admixtum argentum æque est, ne nimium molis materia ex frequenti vsu collybo deperat. Puritas auri, quod vocant obryzum, per gradus etiam æstimatur, quos vocat Karatz. Gradus supremus 24. Caratiorum, aurum inquam purissimum in defæctatione vltima, ab argento vel ære, in quantum natura patitur, separatam: fieri enim omnino non potest, ut penitus aliquid alterius metalli non adsit, quod ab aurificibus vocatur remedium vel defectus. Miscetur itaq; his gradibus ex lege principis argentum propter collybum, plus vel minus, vel in 48. sui parte, vel 71. ut in Henricis Ducatis Florentiæ, Hispaniæ. Et sic de aliis, prout ex constitutione Francisci I. late, & de singulis statuitur. Ordon. ser le fait des monnoyes & reiglement, de l'an. 1540. & 19. Mars. Hinc fit auri species esse diuersas, & alias aliis præstantiores. Communi tamen æstimatione, aurum habet duodecies, quatum argentum: verum mutatur pro modo mixtionis. Aliquando 13. l. 1. de argenti. precio quod Theop. infert. li. 10. C. tit. 76. argenti libra æstimabatur quinis solidis auri: & ab Arcadio & Honorio, l. vni. de coll. æris lib. 10. C. tit. 19. vnginti æris libra, vno solidi auri. Plinius autem refert, lib. 33. c. 3. argenteum denarium pro decem libris æris placuisse, primum ut quinarium pro quinque, sestertium pro dipondio ac semisse: at libra pondus æris, immixtum bello Punico primo, cum impensis respublica non sufficeret, constitutumque ut asses sextantatio pondere ferirentur. Et ita quinque partes factas lucri, distillarumque æs alienum. Augustus, l. quotiescunq; l. 5. de suscept. & Arc. lib. 10. C. tit. 70. libram auri, septuaginta signatis solidis consistere statuit. Vocant aurifices in Gallia hanc libram mæsam, pondus inquam habens octo vncias, quilibet habere vacia, octo grossos, grosso vero octo denarios, & quolibet denario 24. grana.

Et proinde hæc libra vel marca aurificum, alia est a marca reliquorum aurificum, quæ ad hanc gemina est, continetque aurificum duas marcas. Et ita Molinæus, sub finem de vsur. lng. Galli. intelligi debere Cynum, in si quis pro redemptione, de donat. C. & l. illud. de sacrosanct. eccle. tradit, & alios locutos de libra aurificum, dum constituitur in libra 72. aureos. Ignorandum tamen non est, & pondus aureorum & monetæ, non fecus ac valorem fuisse immutata, vel aliter mutata. Nam tempore Vlpiani, qui vixit sub Alexandro Cæsare, centum aurei, pondus duarum librarum erant, videndus Budæus, 5. de ass. Atque ab eius tempore, aureum numisma perfectum, nec deminutum pondere, solidi nomen accepit. Siquidem is veftigalia publicata contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo præstiterant, tertiam partem aurei solueret, hoc est, tredecim partem, habita ratione decem aureorum: & tunc semisses, & tremisses aurei facti, auctore Lampridio, in vita Alex. Sic non dimidiati aurei, nec in tres secti, solidi dicti: alii vtiq; aurei, atq; ita aureos solidos, aureos dictos tempore Iustiniani constat, si quis diligenter iura contulerit, confer. l. in eum, de in iur. voc. in P. cum §. fin. de pen. rem. litig. Quis enim in P. dicuntur aurei, a Justiniano dicuntur solidi. Solidum fuisse tempore Theodoricus Gothorum regis, sex millium denariorum testatur ipse rex apud Casiodorum, lib. 1. varia. epist. 10. Boetio scribens.

Nicephorus f. Phocas, Orientis Cæsar, numisma quoque attenuauit reus temporis teratere excogitato: cumq; esset lege & consuetudine receptum, ut omnes numi imagine aliqua Imperatoris notati modo ponderi nihil decideret, idem valeret: ipse sua insignes imagine præferri, aliorum deprellis pretiis voluit: eaq; re haud leniter subditis imputationibus nocuit, ut legitimus in iure Orientali. in l. lib. juris Orient. in constitut. Niceph. Phocas, nec temporibus Hippas Atheniensis cum pecunia egeret, numum Atheniensem fecit improbum, & ad le eorum argentum constituto



insecus sub signant pecuniam forma publica, vel signatam fa-
 ctur. *V. p. l. si auro legi pœna, l. 6. §. qui cum in moneta, ad leg. lul. pec.
 lib. 48. P. tit. 13.* Romæ in æde Iuonis monetæ publicæ, cui præfati triumviri monetales æris, argenti,
 auri que fiores, *Pomp. Lat. lib. de magistr. Caroli Magni* in titulo
 de falsis monetis, in ca. *Caroli Mag. tit. de pace, c. 18.* alibi quam in
 de falsis monetis, in ca. *Henrici secundus* mense Septem-
 bri, edicto etiam de re monetaria edito anno 1155, certas tantum
 decrevit esse ciuitates, quibus moneta solummodo percuteretur,
 & ne apud alias fieret, prohibuit. Eliguntur & certe personæ, qui-
 bus illa facultas cadendæ monete conceditur a rege, aliis inhibi-
 ta: vt & sub imperio Theodosii, Valent. & Arcadii obseruatum,
 punitique qui hoc ius etiam rescripto arrogassent, *l. fin. de fal. mo.
 25 no. C.* Inter præ regalia namque hoc ius est, monetam cudere, c. 11
 qua sunt regalia, in *visib. feudor.* Quod tamen ex privilegio concedi-
 tur aliquibus a principe, *Guido Pap. de off. 498.* vel ex consuetudi-
 ne vsuq. ad ciuitates, *Cyn. l. si quis numos, C. de fal. mon. gl. in rub.
 de vote. numis. pot. lib. 11. C. tit. 10.* aliquas pertinet: non secus quam
 alla iura regalia, vt vestigalia, quæ privilegio & consuetudine aliis,
 quam regibus competunt, ca. 1. *qua sunt regalia, in auct. l. pen. C. fin.
 no. vestig. in si non posse. lib. 4. C. tit. 62.* Quare & hodie ius cuden-
 de monete pertinet ad quosdam prelatos & regulos Francogal-
 liæ: vt ad duces Borboniæ, Subaudiæ, & alios quos enumerat Rhe-
 natus Cophinus, *li. 2. de dogma. reg. tit. 7.* & aliquos *Guido Pap. de
 de off. 498.* Ita privilegio Regulo Auarico Burbenensi datum Al-
 lobrogi, Eburodunani archiepiscopo. Constat ex regio monetali tri-
 butario olim vfos hoc iure comites, Ninerensem, Marchianum,
 Sæssonum, Essuorum, fani Paulini, Vindocinensem, Andega-
 uensem, Pictonum, Blesensem, sacri Cæsariensis, Carnotensem,
 Cæromanorum: procomites Lemoicensem, & Bossiam. Pon-
 tifices Rhemorum, Sæssonensem, Magalonæ, Laudunensem,
 Meldensem, Cadurcensem, Clatomontanum. Et Heroides Cas-
 tronouillanæ & Focambergiæ. Quibus omnibus solummodo
 princeps monetali lege solebat rei numariæ speciem, pondus, for-
 mamque præscribere. In his enim cogebantur ius regium agnos-
 cere, quæ lege comes tenebatur Flandrensis, & Amoricus quo-
 que dux.

26 ¶ Ex quibus adducor, vt sequar opinionem eorum, qui uen-
 tura, *Joan. Fab. ad §. 1. quib. mod. toll. oblig. C. in auct. hoc nisi debitor,
 de solut. Corneus, consil. 135. Boer. deci. 327. nu. 6. C. §. 7. facit l. 2. de vet.
 numis. pot. lib. 11. C. tit. 10. Salys. in l. 2. de fal. mon. principis ius esse so-
 lius, mutare, minuere, vel augere valorem monetæ: et si alii exigat
 q. soque consensum populi, *Imo. in ca. quanto, de iur. iur. Luc. de
 Pen. in d. rub. de vet. numis. po.* Melius tamen esset, si pecunia reman-
 neret in mutabilis: ne villas æficeretur in commerciis iactura, vt-
 que fraudibus Quæst. rum & monetatum, mēsurati. rumve ob-
 uiam iretur. Hoc tamen principii licet dico, non a priuatis, quibus
 & capitale est, præter valorem statutum quicquam adicere, vel
 minuere, *l. fin. cod.* Neque impunita temeritas eorum relinquen-
 da, qui pecuniam regii vel vsualem dummodo legitime sit mate-
 riæ & iusti ponderis, respiciunt, *l. 1. cod.* Exstatque hæc de re lex Wi-
 ligothorum, *l. fin. de falsar. metallo. lib. 7. C. §. si quis. tit. 6. Solidum
 aureum integri ponderis cuiuscuque moneta sit, si adulterius non
 fuerit, nullus ausus sit recusare, nec pro eius commutatione aliquid re-
 quirere propter hoc quod minus pensauerit: qui contra hoc fecerit, &
 solidum aureum suis vlla fraude pensauerit, districte a iudice ei cui soli-
 dum recusauerit, tres solidos cogatur exsoluere. Ita quoque, & de remissa**

27 seruandum. ¶ Ceterum in contractibus in quibus pecunia resti-
 tuenda est, ius commune seruatur & lex quæ inter contrahentes
 dicta est. *l. semper in stipulationib. de reg. iur. l. 1. §. si conuenit de depost.
 P. a. dilecti de præscri. l. Imperatores; 71. de contra. emt. lib. 18. P. tit. 1. si
 placuit certo genere pecunie restitui mutuum tantum, non ha-
 bita ratione valoris, sed speciei: vt reddes mihi tot libras auri tot
 capitalis, non expresse valore. Nam si valor expressus esset, decre-
 mentum pecunie vel incrementum ad dedendum vel diminuendum
 erit, ne verba perperam adiecta videantur, *l. si quando, de leg. 1. n.
 nisi æstimatio adiecta fuerit ratione demonstrationis, & ad diff-
 rentiam alterius monetæ euidem generis: vt scuta tot, valentia 3.
 libras singula, ad differrentiam paruum scutorum. Nihil enim
 tunc de valore agendum, sed de restitutione speciei & numeri,
 Bart. l. Paulus de solut. Signor. consil. 74. vers. 8. Castren. Alex. in l. Sty-
 chum qui meus erit, de leg. 1. & alii, quos citat Boer. q. 327. nu. 3. vel æ-
 stimatione eius, quæ est tempore solutionis faciendæ. Quia tunc
 coactio potest esse in reddendo debito in eodem numero, beni-**

tate inspecta tantum intrinseca, *l. cum quid si cert. pœna. P. id est, quod
 aurei sunt eiusdem ponderis & bonitatis, vobis inspecta bonitate ex-
 trinseca, id est augmento vel decremento æstimationis.* Et licet no-
 tant inter præres communi consensu, quos refert Boerius, *d. deci. 327.
 nu. 5.* Sic si dictum sit, solues mihi pretium in florenis tot vel
 libris, necesse est ita fieri, non habita ratione valoris maioris in
 mutuo potissimum. Si tamen promissio dandi fiat, nulla cautio-
 ne, vt dentur in eadem specie aurea tot numero, sed dictum gene-
 raliter dabis vel solues centum ante eos, habenda est ratio æstima-
 tionis temporis contractus: at tamen in moneta vsuali temporis solu-
 tionis, si ea, quæ promissa est in consuetudinem abierit, faciendæ
 est solutio, c. conquerente, in *ita glo. de off. ordi. ca. olim, de cens. legi.
 quotis, de suscep. lib. 10. C. Specu. in tit. de instrum. edit. §. porro. Panor.
 conf. 56. vol. 2.* Æstimatio itaque, temporis contractus est: moneta
 autem qua soluitur æstimatio, presentis temporis: vt nec antiqua
 non vsitatum, cogatur creditor accipere, *Guid. Pap. q. 493. Pan.
 cons. prad. §. 6. Ioan. Fab. in prin. tit. quib. mo. oblig. Æstimatione au-
 tem adiecta numero aureorum, vt dedit tot aureos facientes tot li-
 bras Turonenses, efficitur vt habeatur ratio illius æstimationis tan-
 tum, & sufficiat eam in quacunq. pecunia, modo sit proba solue-
 re: & sic non res, sed æstimatio petunt, *Ioan. Pet. de Ferr. in tit. de
 actio. hypotheca. in verbo relaxandum gl. si in l. si inter virum & vxo-
 rem, de iure dot. facit l. si quis stipularis fuerit decem, de verb. oblig. l.
 æstimatis, cum l. seq. sol. matr. in P. l. cum dotem, C. de iure dot.* Habita
 tamen vt dixi ratione, qua mente facta fuerit æstimatio: nam si ea
 fiat, vt res pro emta habeatur, non petitur res, sed pretium, *l. ple-
 rumq. §. si ante, C. leg. seq. de iure de in P. l. quotis, C. eod. contra si æ-
 stimetur eo animo, vt intelligatur quantum in posterum res deter-
 rior facta fuerit, *l. si inter virum & uxorem, de iure dot. l. plerumque
 eo glo. in lex conuentione. in ver. æstimatis, de pact. C.* Pleraque hac
 de re tractant inter præres ad l. Paulus, in i. de solut. in P. quæ omit-
 titur, & Boer. in sua deci. 327. ¶ Valent. ¶ Theodosii & Archad. falsa
 monetæ reos, quos vulgo parachartas vocari dicunt, maiestatis
 crimine & pœna teneri obnoxii statuunt, *l. falsa moneta, §. de fal.
 mon. li. 9. C. Theo. tit. 21.* Proinde & quia moneta iuris est principis,
 falsæ monetæ excussæ vindicta & cognitio ad solos pure magistrat-
 us regios pertinet, non ad dominorum locorum iudicos. Sic Dem-
 osthene dicebat, *Orat. con. Timocr.* Solonem statuisse, non mi-
 nus seuerè a iudicibus summis esse plectendos qui leges corrupser-
 unt, quam qui punitissima adulteral-
 ter. Si tamen cõcesserit singulari privilegio quibusdã falsæ mone-
 tæ cognitionem, vt Dionysianis cœnobitis, id sequendum est. Circa
 privilegium autem, notio & confiscatio ex hoc crimine ad princ-
 ipem pertinet: eius enim iniuria est pecuniam suam corrupisse, id-
 eo & multa ad eum pertinere debet. Iuxta iuris communis regula-
 s, vt quibus criminis profectio & damnum est, eidem & com-
 pendium pœnale esse dicimus: & vbi periculum est, ibi lucrum col-
 locetur, *l. si §. sed cum in secundam, de furt. C. l. secundum naturam,
 de reg. iur. P. l. vmo. §. pro secundo, de fal. mon. l. 9. C. de fal. mon. l. 9.*
 ¶ Nam de materia lege Cornel. cauetur, *V. l. l. lege Cornelia, 29
 9. ad leg. Cornel. de fals. P.* enim qui in aurum vitii quid addiderit,
 qui argenteos numos adulterinos cor. flauerit, falsi crimine tene-
 ri. Teneatur & lege Julia pœcularus, qui in aurum, argentum, æve
 publicum quid indiderit vel immiscuerit, & vt quid indatur, im-
 miscetur fecerit, sciens dolo malo quo id peius fiat.
 ¶ Adulterator ¶ materia tineturis, quæ imitantur veri metalli
 colorum, minuitur ratione. Auctoritas eudendi sine licentia prin-
 cipis vsurpata etiam puniendæ in proba materia, & in improba: &
 qui hanc vsurpari si liber, ad bestias dari, si feruus laprem sup-
 plicio affici debet, *V. l. l. quæcumque, 8. eo.*
 ¶ Constat nus ¶ Cæsar, *l. 1. & 2. de fal. mon. C. eos, qui nu-
 mos falsi fusione formauerint, flammatum exustionibus vult
 mancipari, eorumque bona sisco regiõ seu Cæsareo addici: si ta-
 men opus perfecerint. Nam qui falsam monetam percussent, si
 in totum formare noluerint, suffragio iultæ pœnitentiæ abfol-
 uuntur, *Paulus leg. qui falsam, 19. de off. iur. ad leg. Cornel. de fals.
 l. 9. C. Theo. tit. 21.* quæ pœnam pro discretionis sexus, & condi-***



- tionis delinquentium statuit: ut si decurio vel eius filius adulterauerit, exilio perpetuo afficiatur: si plebeius, perpetuae damnationi amissis bonis dedatur: si seruus, vitimo supplicio afficiatur.
- 32 ¶ Ariandes ¶ Aegypti praetor, audiens atque animaduertens Datio Perfarum regi cordi esse memoriam sui relinquere, opere quod a nullo alio regum factum esset, id sibi imitandum, inquit Herodotus, in *Melpome. seu lib. 4.* putauit: donec mercedem accepit. Etenim Darius ex auro quam potuit purgatissimo monetam percussit: idem Ariandes ex argento fecit. Eare comperta Darius insinulatum quasi rebellare vellet, morte affectus. ¶ Forfan ¶ hic suo nomine pecuniam conflare iussit, quod maiestatis crimen, quod & capitis multa animaduersum in Perennio apud Herodianum. Sicuti anno domini 1464. bellorum seminatium excitatum inter principem Galliae, & regulam ceterioris Britanniae, quod is sua imagine nummum aureum percute re Britanni. Iubent etiam Caesares, *l. quicquid ex auro, 6. de fal. mon. lib. 6. C. Theo. iiii. 11.* Valentinian. Val. & Gratian. quicquid ex auro hominum priuatorum in monetis publicis inuenitur figuratum, largitionibus vindicari imperatoris: moderati tamen id sunt postea, ut sufficeret pro singulis libris auri, quae pro figuratone monetis dicantur, praebere binas vncias, *l. solit. 7. eo.*
- 34 ¶ Tenent ¶ poena insuper falsa monetae non tantum eos, qui eam eundem raduntve aut tingunt, sed & eos, qui scienter expendant, ut late docet Austerius, in *decis. 162. cap. Tholos.* Fuit & capitalis, *l. comperimus, 5. de fals. mon. lib. 9. C. iiii. 21.* poena statuta in Chemistas, quos statuarios dicit Constantius, qui ut ipse loquitur, maioriam pecuniam non minus criminose, quam crebre separato argento ab aere, purgabant. Dicta quoque priuatio agrorum & domorum dominis, qui id in suis passu essent. Sancit & Constantinus, *l. 1. si quis solidi circuli. exterie incidit, 1. ca. eod. lib. 9. C. Theo. iiii. 22.* maiori vel minori pretio aestimantem pecuniam eiusdem ponderis, quam statuerit princeps: item eos, qui mensuram circuli exterioris atrosierint, ut inuuant quantitatem, quive figuratum solidum adultera imitatione in vendendo suppositerint, capite puniri, aut flammis tradi, aut alia poena mortifera affici. Apud Athenienses, monetam ad alterates capite panitos monet Demosthenes, circa finem, *Oratio. in Leptinem Miror,* inquit, eos qui monetam adulterant apud vos capite multari, Athenienses: illis vero, qui totam ciuitatem adulterinam & infidam reddunt dicenda fieri potestatem.
- 35 ¶ Diogenes, ¶ Cynicus cognominatus, Iesti mensarii filius Synopetius fuit, ut scribit Dioge. Laertius, in *Diogenis vita.* ambo cum deprehensi fuissent de ciuili monetae ad adulterate, exilio damnati sunt. Lex orientaliu apud Constantin. Harnenopolium, *lib. 6. prom. iur. iiii. 14.* Qui adulterinam monetam eundem, & ipsi & quicquid in eare ministerium exhibuerunt, manus amputantur. Lex Longobardorum, *lib. 1. leg. Longo. iiii. de eo, qui fals. mon. fec. l. 1.* a Rotario regela, huic fere similis. Si quis aurum sine iussione regis figurauerit, aut monetam confixerit, manus ei incidantur. Et rursum, *l. 2. eo. tit. Qui falsam euderit, eadem poena puniuntur, & consentiens 60. solidis componere debet.* Id ipsum omne firmavit lege: Carolus Magnus, in *ca. Caroli Magn. iiii. de fal. mon.* Lege Aegyptiorum cautum, ut si quis monetam circumcideret, aut adulterinam euderet, aut pondus vel signa immutaret, aut falsis literis inscriberet, aut de scripto demeret, aut falsas syngtaphas adferret, ambae ei amputarentur manus: ut quae corporis pars peccasset, per vniuersam vitam lueret poenam, ceteri quoque illa calamitate moniti, a simili scelere abstinerent, *Diode. Sicul. lib. 2. Biblio. c. 3.* Non omitendum est, personam adulterantis monetam considerandam esse, num impubes, num furiosus, num iustu alterius fecerit, *l. 1. de fal. mon. C.* Et lege Wisigothorum, si seruus circumcidisset, rasilset, vel adalterasset solidos, ei dextera manus abscindebatur: si ingenuus diues, mediam bonorum partem fisco debet: si sine bonis, in seruitutem a rege datur ei, cui elegerit rex, *l. 2. de fals. mon. lib. 8. C. Visigoth. iiii. 5.*
- 36 ¶ De ¶ prohibita pecunia, hoc est, de ea cuius vsus interdicitus est, notabilis sanctio Constantini & Iuliani CC. *l. 1. si quis pecu. conf. a. aut mercandi causa transful. aut vetit. contr. lib. 9. C. Theo. iiii. 23.* ne liceat alicui eam emere vel vetitam contrahere: quia eam in vsu publico constitutam, pretium oporteat esse, non mercem. Placuit denique, ut si quis forsitan numus, preter eum, qui in vsu publico perueuerat, apud aliquem mercatorem fuisset inuentus, fisci dominio cum omnibus delinquentis facultatibus vindicaretur. Philippus Pulcer rex Galliarum 28. auctores seditionis ob monetam laqueis suspendi & necari iussit, quod non pateren-

tur monetam ad iustum pondus restitui, sed priori nutu proprio uti vellent, teste Gaguino, *lib. 7. in Philippo Pulcro.*

De Falso alio modo, quam in moneta, facto vel dicto commissio. Cap. 3.

- 1 Edicta regia, vel praetoris corruptio poena.
- 2 Falsi poena circa delicta de instrumentis admissa.
- 3 Legata in testamento alterius adimentis poena falsi.
- 4 Testamentum vini corruptio aut resignatio poena.
- 5 Partium supponens accusatio. & poena.
- 6 Falsum dicto & facto commissum.
- 7 Falso rescripto utens vel subiciens qua poena puniatur.

Facto ¶ etiam falsum committi dicitur aliis modis, ut si quis alium preteritis, vel edicta proposita dolo malo corruerit, *pen. ad leg. Cor. de fals. in P. leg. si quis id quod, 7. cum 2. seg. de iuris d. omni. iud. lib. 2. P. tit. 1.* cuius poena quingentorum aureorum erat, & in seruis in defensus corporis tortura: & Modestino, *d. l. penul.* poena falsi. Antimaduersum Nicomediae vltimo supplicio in Christianum, qui edictum quatumvis impiissimum, manu acceptum discerpit & profecidit, a Diocletiano & Maximiano propositum: reliquique Christiani eum iure casum fuisse pronuntiarunt, ut Auctores Eusebius & Nicephorus, *Euseb. lib. 8. cap. 5. & Niceph. Cal. lib. 7. cap. 5.*

¶ Qui ¶ in rationibus, tabulis, ceris, vel alia qua re siue confectione falsum fecerint, vel rem amouerint: peruertens viui testamentum: deposita instrumenta qui aduersariis prodiderit, qui celauit, surripuit, deleuit, subiecit, resignauit, poena falsi reus est, *l. 1. §. qui in rationibus, & l. Paulus respondit, 16. §. 1. ad leg. Corn. de fals. in P.* ¶ Qui ¶ libertates, vel legata testamentum data, iura remanuum ademit, *l. 5. §. si in futurum, & leg. impuberem, 22. §. qui codicillis, vers. adimendo. eod. tit.* qui celauit, vel amouit testamentum, *l. cum qui, 14. C. ad l. Corn. de fals. l. si quis patris, 26. eod. in P.* ¶ Si ¶ quis vini testamentum peruerterit, *l. 1. §. is qui peruerterit, eo. in P.* apertuerit, recitauerit, resignauerit, quorum ratione lege Cornelia humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam deportantur, *Paul. l. si quis aliquid, 38. §. qui vini, de po. P.* Qui testamentum tamen iniustum irritumve suppressit, immunis est a poena, *d. l. 5. ad leg. Corn. de fals. in P. & d. l. si quis aliquid, §. testamentum.* ¶ Ad ¶ legem hanc falsi similiter is pertinebit, qui supposuerit partum, *Modest. l. lege Cornelia, 30. ad leg. Corn. de fals.* cuius tamen accusatio ad patentes referenda sollos, aut ad eos, ad quos res pertinet, coram iudice provinciali mouenda, poena capitali probato crimini imponenda, *l. cum suppositi, 10. C. eod.* Neque interest in hac questione eane discesserit vel non, quam partum subdidisse contenditur, *l. 1. C. eod. tit. ubi tractatur de suppo. par. a glo. & quan. nocentisilio.* neque suppositi partus accusatio vlla temporis praescriptione depellitur, *l. qui falsam monetam, 19. §. fin. eod. P. Cornel. Tacius, lib. 3. annal. Lepidae ex Amiliorum familia delatae, quod diuortio facto partum simulasset ex P. Quirinio marito diuite atque orbo, aqua & igni referret interdictum: verum ad iudicium alia crimina, ad altera, venenaque. Iulius Paulus, *lib. 2. recept. sentent. iiii. 35. cap. 9.* in receptis sententis notat, obstericem, quae partum alienum attulit, ut supponi posset, summo supplicio afficiendam placuisse. Meminit de hac arte supponendi partus, & deceptione maritorum per suppositionem aliorum infantium Aristophanes, in cerealia celebrantibus, *ibi, Atheram noui, quae dicebat dolores partus habere per decem dies, donec emit infantem. Maritus autem obibat urbem medicamina celerata in partum facientia emens: simul autem anus in olla infantem, ut ne clamaret cerula oburatum, & eo quae sequuntur.* ¶ De ¶ & facto, finitor falsum modum renuntians committit, *tot. tit. si mon. fal. mod. dixer.* Et qui falsum instrumentum recitauerit. Eamque ob causam aduocatus, qui cognolescente praeside falsum recitauit, 10. annis a sublellis motus est, teste Papiniano, *l. falsi nominis, 13. §. 1. ad l. Corn. de fals. in P.* nam is vsus videtur falso, etsi falsum facto non commiserit, & vterque in legem Corneliam incidit de falsis, *l. si falsos, 8. eod. C.* qui vitur, & qui facit. Mitus tamen qui vitur & non fecerunt, quam qui fecerunt, etsi non vitur: & grauius qui fecerunt & vitur, puniuntur, *notatur in praed. iurib.* ¶ Item ¶ fei, qui obrepserit praesidi prouinciae tam per acta, quam per libelli interpellationem, *l. si quis obrepserit, 29. ad leg. Corn. de fals.* & qui falsis constitutionibus, nullo auctore habito, vitur, lege Cornelia aqua & igni interdicitur, *l. fin. ad leg. Corn. de sic. in P. §. hunc igitur de Infamia. Cod. consir. C.* Idem si falsis rescriptis sciens prudensque, non autem si deceptus ab alio, vitur, *l. 4. ad l. Corn. fals. C.* Proinde qui praetoris nomine*

mine literas falsas reddidit, edictumve falsum proposuit, lege Cornelia reus est: et si ex hac causa, actione in factum teneatur.

De Mutatione nominis.

Cap. 4.

- 1 Nominis vel cognominis dolosa mutatio poena falsi coercentur.
- 2 Nomina virorum praestantium servis indere prohibentur.
- 3 Nomen turpe mutandum.
- 4 Nomina nova Imperatoribus creatis acclamata.
- 5 Nomen suum deferre heredibus subori potest a testatore exemplis docetur, dummodo in honestum non sit.
- 6 Dignitatem sibi falso usurpans qua poena puniatur.
- 7 Delator falsus criminis lege Cornelia de falsis tenetur.
- 8 Atestationes falsas faciens lege Cornelia de falsis tenetur.

Falsum nominis vel cognominis asseueratio, ut scribit Papinianus, poena falsi coercentur; Papi. l. falsi nominis, 13. ad leg. Corn. de fals. P. scilicet si cum fraude mutatio fiat: alioquin vero sine fraude, impunita, l. 1. de mutat. nomi. lib. 9. c. tit. 25. Nomina quippe ad recognoscendos singulos tantum imposita sunt arbitrio, d. l. 1. & si quis in nomine, de leg. a. ap. Iustin. ut patum de nomine, si de corpore constet, c. uemus, l. si in nomine, C. de testat. si fortidianum, C. de legat. l. 4. de leg. a. 1. potissimum cum hominum nomina Vlpianus dixerit mutabilia, l. 4. eod. Atque ea ratione ut inter nos fecerentur homines infantibus masculis, iustitratione facta nono die: feminis octavo imponi solebant nomina, teste Plutarcho & Macrobio, Punt. in quaestio. Macro. l. 1. Suet. c. 16. ut nunc nos Christiani solemus in baptismo lustrico vere, nomina imponere. Et Iudaei olim tempore circuncisionis, quae fiebat octavo die post natiuitatem, Genes. c. 17. D. Luc. c. 1. & 2. Fraus itaque & dolus in mutatione nominis puniuntur solum, veluti apparebit ex exemplis relatis a Val. Max. lib. 9. c. 16. ap. Val. Max. de iis qui infimo loco nati, mendacis se clarissimis familiis inferere conati sunt.

Referuntur autem Aul. Gellius, lib. 9. c. 2. maiores Athenienses nomina inueniunt fortissimorum Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recuperandae gratia Hippium Tyrannum interficere adorti erant, ne vniquam seruis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent, nomina patriae libertati de uocata, feruili contagio pollui.

Contra, si nec satis honestum videtur habere nomen, quod turpe quid significare possit, c. per inquisitionem, de elect. ap. Greg. l. fuita 63. si danda, & l. sed sciendum, 7. ad S. C. T. reb. in P. unde recte mutatur. Sicut ob hanc & alias causas, summis pontificibus electis, nomen primum excidit, & aliud nouum imponi solet, ac si renati in novos essent homines, c. l. m. l. pro. sexti, in verb. Bonifacius. Exemplo quoque domini nostri Iesu Christi, qui primo summo pontificia se instituit, Simonis nomen in Petrum seu Cepham mutauit, D. Ioan. Euang. c. 1. can. in nouo, 21. dist. In cathedram autem D. Petri vocatur Summi Pontifices, c. per uenerabilem, qui fil. sine legi. Et proinde illis mutatur nomen, exemplo Domini, cuius omnis actio fuit nostra instructio, c. significasti, de elect. ca. Deus omnipotens, 2. q. 1. Felix etiam ait in delectu qui habebatur apud veteres Romanos militum, primos uocatos fuisse, qui essent boni nominis: cuiusmodi Saluius, Valerius, Statorius. Et Cicero in primo de diuinatione. In delectu, inquit, Consules obseruant, ut primus miles fiat bono nomine.

Deferebantur Imperatoribus creatis antiquitas & nomina & cognomina noua, impuneque & licite illa ab iis & ab aliis accipiebantur. Aulus Vitellius Imperator cognomen Germanici delatum cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusauit, Sueton. in Vitel. cap. 9. Seuerus Afer, ut Romano populo placeret, cognomen Pertinacis accepit. Sicut et Iulianus, ut militibus voluptuosis satis faceret, Commodi: ut auctor Herodianus, lib. 2. Stultius & Commodus, loco sui nominis & pro Marci filio, uoluit cognominari Herculeum Iouis filium, deponitque cultu Romanorum principum, pellem Leonis substituit, ac clauam manu gestauit, Herod. in 1. demumque se mille gladiatorum victorem appellari iussit.

Octavianus & Caesar, quos heredes primos dum instituit Tyberium ex parte dimidia & sextante, Liuian ex parte tertia iussit ferre nomen suum, Sueton. in Octauio, c. 101. Hocque in honorem nominis factum, admittitur iure ciuili, Papi. in l. cum filius, 78. §. pater, de legat. 2. Et Caius Iurisconsultus, in l. factu, 63. §. si sub condicione, verficu. sin danda, ad senat. Trebell. lib. 36. P. tit. 1. si a testatore quid relinquatur, nominis ferendi condicione, recte

fieri si eam quis expleuerit, & exigla praetore tradit: nihilque mali esse honesti hominis nomen assumere. Remittit tamen praetor hanc conditionem in famosis & turpibus nominibus: ut si nomen testatoris Vespillonis, quis deferre iubeatur, quia dignitatis ratio habenda est, Metia. l. sed sciendum, 7. eod. tit. Alioquin nec improbat Vlpianus illam conditionem, si iurasses te nomen meum laturum, Vlp. l. hoc iure, 19. §. fin. de donatio. lib. 39. P. tit. 5.

Proinde, si qui sibi usurpauerit titulum dignitatis falso, in legem Corneliam incidit: ut si quis pro milite gesserit, vel illicitis insignibus usus sit, vel falso diplomate vias commearit: pro admitti namque qualitate puniendus grauissime est, Modern. l. eos qui inter se, 27. §. fina. ad leg. Corn. de fals. in P. Qui etiam pro magistratu, cum priuatus esset, se gesserit, feceritve, lege maiestatis tenetur, Mart. l. 3. §. si ad leg. Jul. maiest. lib. 48. P. titu. 4. vide de ci. cap. Tholos. 401. Eadem ratione prohibitum, rebus suis vel alienis vel a regia, vel potentiorum titulos imponere, in fraudem legum vel in aduersarioum terrorem: dicta poena, ut affecti plumbi bo qui hoc fecerint, perpetuis metallorum supplicii deputentur: deportentur si nobiles, si alterius generis etiam vltimo supplicio plestantur, l. vni de iis, qui poten. nomi. lib. 2. tit. 15. & l. 2. ob nemo priu. titu. pra. suis & c. titu. 16. lib. 2. C. & bona principii addicuntur, l. 1. eod.

Qui si falso denuntiare pecunia delictum fecerit, lege hac tenetur similiter, l. lege Cornelia, §. fin. & ibi Barr. ad leg. Corn. de fals. Auffer. in decis. ca. Thol. 7.

Ex sententia consulto Liboniano, ut Placentius uocat, lib. 5. §. cap. 18. coercentur qui dicto etiam in legem de falsis incidunt, qui falsas attestaciones fecerint, vel ad eas facientes coierint, l. 1. & l. 9. §. poena, ad leg. Corn. de fals. Qui inter se diuersa testimonia praebuerint, quasi falsi poena rei, qui diuersa testimonia duobus praebuerint, cuius ita anceps fides vacillat, Mode. Leos qui, 27. in princ. & §. de imprudentia. eod. titu. P. §. si vero, de testi. in aut. l. qui falsam, eod. P. Falcidius testis obnoxius Deo, quem fallendo contemnit: iudici, qui decipitur: & aduersario, c. 1. de crimin. falsi, apud Gregori. Et ideo iudicis arbitrio puniendus, l. nullum, de testi. C. extra ordinem, septennisque poenitentia pro peccato iniungitur, c. quicumque, 6. quast. 1. fit infamis, damnum parti quam laedit refarciet, cap. quisquis conuictus, 22. quast. 5. Quod non censetur remissum, etiam in generali remissione & abolitione, quae fit in iucundo aduentu principis, Boer. decis. 217. num. 23. ubi & alii citantur interpres Alexander ab Alexandro, lib. 6. ca. 10. genial. Legem antiquam esse ait, falsum testimonium dixisse conuictum, de laxo delictum. Lege Salica qui falsum testimonium dixerit, sexcentis denariis, qui faciunt 15. solidos culpabilis est: excepto capitali, & delatura, in l. Sal. titu. 15. de fal. v. tit. §. 1. & 3. Lege Langobardorum, l. 1. de testi. lib. 2. l. Langobard. a Luitprando statutum, ut falsus testis vel aliquid contra aliquem scribens, componat pro guidrigildo, id est, pro delicto, mediam partem regi, & aliam parti. Et si non habeat unde rependat, sit seruus aduersarii, contra quem falsum dixit vel fecit. Idemque in eo qui rogat falsum testimonium, Lyciorum lege, Heracl. in Politiis, & in Rep. Lyciorum, venditur is, qui falsum testimonium dixit, simulque eius patrimonium publicatur. Apud Indos, falsus testis extremis decurritur, teste Strabone, lib. 14. Constitutione Francisci primi eius nominis Galliarum regis, Prob. constitut. de faulx testimoins. furca, & laqueo suspenditur, quacunque in re falsus inueniatur: mitius tamen agendo, vix, nisi in capitalibus causis, falsum dixerint, supplicio vltimo puniuntur, Pap. lib. 22. Rhap. arest. tit. 13. ar. 1. & tunc eodem quo puniri deberent quos accusarunt, si vere accusassent, Iason, in l. §. si legibus C. si con. ius vel vit. pub. & in l. si duo, §. si quis iurauerit, ad iureiur. in P. Io. Bern. Diaz, in pract. crimina. c. 87. Et ita iudicatum fuisse in curia parlamenti Burgundiae testatur Chastanæus, in consuetu. Burgun. titu. des retraitz, §. fin. in 10. poena perituris. Conuenitque hoc legi Dei, Deutero. cap. 19. Attamen in aliis tenent criminali iudicio testem, quando per viam accusationis, & non inquisitionis agitur: nam posteriori casu mitius agi a iur. Dicuntque criminali iudicio teneri, si in principali negotio falsum deposuerit: contra, si in accessoriis. Quo casu non poena legis Corneliae, quae deportatio, sed alia ordinaria puniretur, ut notant Iacob Butrigarius, & Angel. in l. Lucius Titius, de iis, qui not. inf. & Decius, ad ca. licet, col. 21. de probat.

De Falso in Scriptura commisso.

CAP. 5.

1 Falsum scripto quot modis fiat.

- 2 In Testamentis quot modis falsum committatur, & pœna committentium.
- 3 Instrumentum in vna parte falsum, an in omnibus habeatur falsum.
- 4 Et qua falsum illud reddant, vt dicere rogatum notarium, praesentes testes absentes, &c.
- 5 Falso instrumento viens, qua pœna puniatur in Gallia.
- 6 Falsa scriptura quomodo in Gallia accusetur.
- 7 Falsariorum literarum regiarum in Gallia pœna.
- 8 Falsas literas summi pontificis qua pœna afficiatur.
- 9 Falsis instrumentis iudicatum an ipso iure nullum eod.
- 10 Falsum dicens instrumentum debitor interim consignare debet contentum in eo debitum.
- 11 Falsi accusatio permissa intra viginti annos, non vltra.
- 12 Falsi in crimine quomodo consideranda res, persona, negotium.

Periuri clerici, & falsi testes quomodo puniuntur eo.

Scripto falsum fit, si quid dolo malo confingatur scriptura, quod verum non sit. Itaque qui chirographum alterius imitatus fuerit, aut rationes alterius intercederit, aut descripserit, *Pau. l. quid sit falsum, 23. ad leg. Cor. de fals. in P. §. 1. de instru. fide & caute. in auth. falsum committitur, & qui scripserit quid factum, quod factum non est, l. qui veluti, 13. C. ad l. Corn. de fals. §. Si falsum testamentum, vel aliud instrumentum falsum dolo malo scripserit, signauerit, vel signari curauerit, recitauerit, mutauerit, subiecerit, amouerit, celauerit, deleuerit, interceuerit, resignauerit, *Vlp. l. 2. §. l. Cornelia, 9. §. pen. lo Paulus respondit, 16. eod. P. Qui codicillos ante testamentum factum, in quibus legatum ei adscriptum erat, confirmat, l. impuberem, 22. §. qui codicillos, eo. P. Huiusque pœna, in liberis deportatio: in feruis vltimum supplicium, §. item lex Cornelia de falsis, de pub. ind. apud Iustitia. Hic lex Coraelia de testamentis locum habere dicitur, quia potissimum ob testamenta introducta, *l. si ibi glo. eod. P. lib. 48. tit. 1. Aduersus falsarios autem tempore Neronis Claudii primum repertum scribit Sueto. Tranq. in Nero. Clau. c. 17. l. 3. de his, qui sibi adscri. lib. 9. C. tit. 23. ne tabulae nisi per uisum, ac terlio per foramina traiecto, obfignarentur: & vt in testamentis primae duae cetæ testamentorum, modo nomine scripto, vacuae signaturis ostenderentur: Ac ne quis alieni testamenti scriptor, legatum sibi adscriberet, nisi sua manu quoque testator adscripserit, *l. 2. eod. l. 1. ad leg. Cor. de fals. P. Lex Longobardorum Rotarii regis, l. 1. de iis, qui chartam falsam con. leges scripser. lib. 1. leg. Longobard. Si quis falsam chartam scripserit, aut quodlibet membranum, manus eius incidatur. Similis constitutio Frederici Caesaris, §. callidis, vers. de scriba vero, de prohib. feud. alien. per Frederic. lib. 2. feudo. tit. 5. §. idem Iusti. consuet. noue. 4. 2. §. 17. quæ vltra manuum excisionem, notario seu tabellioni officii amissionem & infamiam statuit. Constantinus etiam de portationem, si criminis sit magnitudo, constituit, vel supplicium capitale, *l. vbi falsi, 2. ad l. Cor. de fals. C. si dolo malo falsum committatur, vel eo quis vtar, non si per errorē, l. nec exemplum, C. eo. Iure Saxonico, successit in pœna locum fustigatio, *gl. Laud. lib. 1. artic. 13. Rein. differentiæ pœnarum, 22.******

§ Falsitas detecta in vno capite instrumenti, non vitiat alia capita ad illud caput non pertinentia, vt notant Bal. *ad l. iubemus, C. de testa. Boerius, decis. 253. nu. 6. & Felinus, in c. fraternitatis, de heret. Putarem tamen diuersum, si fides abrogeret scripturæ per falsum, & neget actor vel excipiens. Et ita notat Alex. Tartaginenis de Imola, *conf. 43. col. 2. vol. 4. per ea quanto, de his, que sunt a prel. si conf. capi. c. si ad scripturas, 9. dist. in ca. puta, 2. q. 9. §. Falsum dicitur in instrumento publico, si tabellio dicat, se fuisse rogatum, & non fuerit, sed se da illi data sit, quæ vera non sit, c. licet ad regnum, §. eos autem de crimi. falsi, vide Alex. consi. 60. 3. vol. Et qui facit inferri nomina testium absentium tenetur de falso, *Alex. vbi sup. factis c. quanto in sine de his sunt a pra. sine conf. capi. Pertinet & lex Cornelia ad scripturam priuatam falsam, l. si quis decurio. §. l. diuus, ad l. Cornel. de fals. C. Iudicia autem falsi Alexander Tartag. docet, vbi supra. §. In Gallia supremis curiis saepe placuit, vt conuictus falsi, & falsi viens, quanquam sine falsis instrumentis vel testibus, quibus vsus est, potuisset petita consequi, nihilominus iure suo decidat, refert placita Papo. *lib. 22. Rhapsareff. tit. 12. art. 5. si in causa falsum fecit, si ex instrumento sententia pendeat, late Boer. decis. 291. Si tamen interrogatus qui produxit falsum instrumentum, nec commisit tamen falsum, num velut eo vti, negarit & reuocauerit, impunitus in Gallia est, Papo. *vbi sup. ar. 6. §. 7. iure ciuili, non vti-*****

que, *l. 1. §. edenda autem, de eden. in P. §. Nam*† antequam de falso iudicetur, motis est, vt qui falsificatur falsum esse in instrumentum, primum apud acta iudicis vt accusatur se inscribat: dehinc aduerfarius copiam instrumenti apud acta faciat, & producat: subinde ciuilibus aduerfarius de falso c. inquestus, modos & rationes falsitatis proferat. Et si proposita curia legitima inueniatur, iubet de his inquiri, & inquisitione visa, si probatio firma sit, decretum accedit vel præhensionis, vel vadimonio durior vocari, dicitur *par adiournement personel, Pap. vbi sup. art. 8. §. Solent*† & in Gallia, qui falsarint sigillum regium, catamidiari, & post fustigationem stigmatelilli inuri in fronte, & exilio vel deportatione affici, bonis Cancellario regio adiudicatis, vel multa olim, *idem, lib. 22. ar. 1. tit. 12. art. 1. 2. 3.* hodie autem regi, ex regio edicto promulgato anno 1542. Pœna quoque hæc in clericis obseruanda, præcedente tamen inuisionem exauctoratione seu degradatione ex rescripto Urbani Papæ, *in ca. ad audientiam, c. 3. de crim. fal. lib. 5. Decret. 12. §. Quod*† si literæ summi pontificis falsificetur, quæ duouem modis sit, *c. licet, ca. 5. de cri. fal.* qui per se vel per alios id commiserit, excommunicatur: si clericus, beneficis & officis exutus, exauctoratus, seu de gradu delectus traditur curiæ seculari, vltimo supplicio plectendus, Qui his vtitur literis, officio quoque & beneficio priuatur, & excommunicatur, *c. ad falsariorum, eod.* Quid autem statuendum sit in adulteratis literis & diplomaibus aliorum prælatorum & antistitum, consule Nicolaum Boerium, *decif. 82. vbi §. de pœna falsi. & Guidonem Papæ, decis. 455.* In regno Hispaniæ statutum, *in l. regni Hispan. partia 7. tit. 7. l. 6. Bernar. Diaz. in pract. crim. c. 108.* quod falsus epistolam, priuilegium, vel bullam Papæ, quæ efficit vt alius faciat, debeat mori. Existimant Patro. *in c. olim, de rescript. & Hostiensis, in summa, de crimi. fal. §. si*† falsantes aliorum inferiorum iudicum literas, si criminaliter accusentur, si ecclesiasticæ personæ sint, deponi ab ordine, & beneficis omnibus priuari, & in monasterium detradi, *per ea, si tempus, 50. dist. Ceterum, si ex falsis instrumentis lata sit sententia, an nulla sit ipso iure, an annullanda, late examinat Anfericus, decis. ca. Tholosæ, 82. vide §. l. falsum, si ex fal. inst. §. C. §. c. 2. §. ibi glo. de crim. fal. apud Gregor. At Bartolus, *ad l. si ex fal. §. C. tria*† requirit ad sententiam ex falsis instrumentis latis rescindendam, si falso sunt producta, & de falso non sit cognitum, & propter illud falsum sit iudicatum: vnde effectus inquit triplices, sententiæ rescissio, executionis impedimentum vel suspensio, soluti repetitio, *l. fin. eod. C. fit autem rescissio sententiæ per integrum restitutionem, l. diuus, de re iudic. corruit tamen ipso iure contra minorem ad eum modum lata, glo. si in l. 2. si ex fal. instr.**

§ Generaliter obseruandum est in crimine falsi, via duplici agi: & ciuilitate, ab eo solo vel procuratore eius, cuius interest falsum non fieri, & criminaliter ad vindictam publicam a quolibet, *l. de fide, 16. §. l. damnus licentiam, 23. ad leg. Cornel. de fals. C. Electa*† tamen altera via, ad alteram non datur conuersus: finita autem altera ciuili, criminalis permittitur, *l. penul. §. fin. eod. tit. §. l. 1. quan. ciuili. a. c. crim. præiud. C.*

§ Cum falsi morandæ solutionis causa a debitore falsi crimen obicitur, nihilominus interim, salua executione criminis, debitorem ad solutionem compelli oportere placuit, *l. satis aperte, 1. C. ad l. Cor. de falsis.*

§ Accusandi falsi de falso licentia per viginti tantum annos vult, *11* nec vltra extenditur, *l. querela, 12. eod. §. Prosequuntur*† intra hoc tempus leges falsi accusationem, vt etiam pro eruenda veritate in falsi testamenti causa, seruis hereditariis per tormenta interrogari posse voluerint, *l. cum testamentum, 10. de quest. lib. 9. C. tit. 41.* Sualit id testamentorum necessitas, & personæ serui ad corrupti onē facilem ministerium. Ita etiam generaliter in falsi commissi, vel dicti, vel scripti censura, inspicienda sunt res, in quibus falsum: personæ, quæ falsum dicunt vel faciunt: & negotia, seu euentus falsi. Nam si quis falsum testimonium dicat in crimine potissimum capitali, & in capitis supplicio, si alius falso testimonio pati debeat criminis causa pœnas, subicietur sidem pœnam talionis passurus, *in l. 2. ad leg. Cor. de fals. C. §. in constitut. Ls. Cas. 77. tit. meo. tit. τὸ πλάσζαφισὸν πινωέας, de falsariorum pœna. Distinguuntur & personæ sacerdotum & laicorum dicentium vel conseribentium falsum testimonium. Nam sacri Apostolorum canones, sacerdotes falso iurasse deprehensos, sacra dignitate priuant, *c. 24. can. Apoll.* Ciuiles leges distinctione adhibita rei, ob falsum dictum in causa criminali testimonium, a sacro ordine deieciabant, *nonel. Insti. 12. 3.* in re autem pecuniaria, citra reuocationem relegabant ad tempus: Donec Leo Cæsar statuit, *in consi. Lso. 76.**

ipsum & Diodorus Siculus, lib. 1. Biblio. Et maus homicidio, in li codicillis, 9. §. matre, iuncta glo. marginals, Et ibi Bald. de leg. 2. Et referenda est parabola Nathani prophetae, 2. Reg. cap. 12. per quam atrocitatem criminis adulterii Davidi expressit, & ad quam illum dignum morte virum dixit, qui oem vnicam, quam pauper nutrierat in sinu suo, quae secum degebat, quae erat in deliciis, tu- lerat, parcens suis, abis scilicet mulieribus, non eleetis, quas sibi coniungere poterat. Et quamvis ob adulterium Bersabea, viriam virum eius David occidi curasset, nihilominus tamen pro adu- lterio tantum punitus atrociter fertur. Quamobrem, inquit illi Deus, non recedat gladius de domo tua in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuas uxorem Vrae Eshei, ut esset uxor tua. Suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis tuis.

De crimine Adulterii. Cap. 6.

- 1 Adulterium comparatum delicto maiestatis & falsi.
- 2 Adulterium quid.
- 3 Et eius exsecratio. Et 3.
- 4 In poena adulterii quae consideranda in summa.
- 5 Et ab iustro quid differat adulterium.
- 6 Adulterii poena.
- 7 Adulterium occidere cui licuit, & qua lege, & 22.
- 8 Occidere filium in adulterio compertam quomodo licuit.
- 9 Adulterium compertum maritus potest contumelia afficere, & retinere per 20. horas.
- 10 Adultera mulieris iuris civilis & adulteri poena.
- 11 Vxorem qui ducere nequit, quam polluit per adulterium.
- 12 Meretricum penitentium monasterium a Iustiniano constructum.
- 13 Adulterii supplicium vltimum impositum.
- 14 Adulterii simul igne vlt.
- 15 Diem amittit adultera, quam lucratur, & quomodo maritus.
- 16 Et ibi exceptiones. Et 15.
- 17 Adulterorum alia civiles poena.
- 18 Adulterii poena & delictum excusatur, si vi committatur vel ignoratur. Et si rumor de morte mariti sit 18.
- 19 Vxor viuentis mariti de alio habendo loquens, tanquam adultera puniendi.
- 20 Adulterantes cum domina, vel cum seruo morte plebendi.
- 21 Adulterii diuersarum nationum poena.
- 22 Et sequentibus. num. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 30. 31. 33. 34. 35. 37. & 41.
- 23 Adulteria vindicanda lex naturae iubet.
- 24 Et vindicta Dei. 27.
- 25 Adulteri & adultera vbi, & quando eadem poena.
- 26 Adulterii iuris pontificii poena & accusatio.
- 27 Adulterium punitum seuerius aut lenius secundum opinionem popolorum.
- 28 Adulteri in Gallia supplicium quale.
- 29 Vno non reddente uxori debitum, an excusanda vxor in adulterio.
- 30 Adulteram compertam retinere non licet in matrimonio.

A Rbitrantur plerique, Mar. Mantua. sing. 117. num. 2. Wesemb. parat. ad tit. de adul. nu. 1. crimen adulterii comparari maiestatis delicto: & ideo recte a Triboniano, reliquisq; pendetur poenam confarinatoribus, Iulia legis de adulteris tractationem subiectam legi maiestatis. Ego vero magis vicinam arbitror falsi quaestioni, in qua quod verum est, alterius immixtione adulterari diximus, sed in suppositione partus controuersiam contineri falsi docuimus. Suppositio autem partus peiora arte non fit, quam adulterio: nam cum inde nati adulterini alieni filii sint, tamen rei infamis maritus illos, vt suos nutrit, fouet, & heredes instituit, ple- rumque ex hereditatis proptiis, ac veris liberis, aut proximioribus exclusis, quos ideo verus dolor ad accusationem impellit, Const. an. Cels. in I. quamuis, 30. ad leg. Iul. de adul. Et quod conspurcata etiam fiat alterius generis hominibus familia, Philo Iuda in decalo, quod ne fiat interit Republicae, I. super statu, 9. de qua. lib. 9. C. tit. 41. Multa enim in summa damna imminet ex impudica vxore, quae Homerus Odyss. II. sub persona Clytemnestra refert: quam adu- lteram, eandem & veneficam dicebant antiqui, Cic. 4. ad Herenni.

A Adulterium, ¶ est alterius thori, id est, matrimonio vel coniugii violatio, c. de v. illa, 36. q. 1. c. non moechaberis, 32. q. 5. Matth. 5. Exten- ditur quoque & ad sponsas, vt non solum matrimonium violare non liceat, sed nec spem matrimonii, I. vxor, 13. §. diuis, & §. si mi- nor, de adul. P. l. propter violatam, C. cod. Et quo sanctiores dicte sunt nuptiae, eo detestabilius videtur hoc crimen, quod eas pol- luit: vt Abimelech, Genes. 26. rex etiam Isaac dixit, eum repre- hendendo, quod vxorem suam sotorem suam adfirmasset. Potuit, inquit, quisquam de populo coire cum vxore tua, & induceret super nos grande peccatum. Docet & multis Dionysius Carthufian. libell. de conuers. peccato. orio. 5. inter grauissima peccata hoc esse. Id-

ipsum & Diodorus Siculus, lib. 1. Biblio. Et maus homicidio, in li codicillis, 9. §. matre, iuncta glo. marginals, Et ibi Bald. de leg. 2. Et referenda est parabola Nathani prophetae, 2. Reg. cap. 12. per quam atrocitatem criminis adulterii Davidi expressit, & ad quam illum dignum morte virum dixit, qui oem vnicam, quam pauper nutrierat in sinu suo, quae secum degebat, quae erat in deliciis, tu- lerat, parcens suis, abis scilicet mulieribus, non eleetis, quas sibi coniungere poterat. Et quamvis ob adulterium Bersabea, viriam virum eius David occidi curasset, nihilominus tamen pro adu- lterio tantum punitus atrociter fertur. Quamobrem, inquit illi Deus, non recedat gladius de domo tua in sempiternum, eo quod despexeris me, & tuas uxorem Vrae Eshei, ut esset uxor tua. Suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis tuis.

¶ Meminit ¶ Suidas, in verb. Δουλοει. Et verb. ἱερο. Laca- daemones in execratione nihil acerbius imprecatos iis quos ode- rant: quam vt uxores eorum adulteris deleatarentur. Execeran- tur & adulteria aues Porphyonides: nam vt ait Polemon lib. 5. eo- rum quos ad Antigonyo & Adam scripti, teste Athenaeo, lib. 9. D. pno. c. 12. Porphyrio domi educatus, mulieres, quae sunt sub vici imperio, diligenter obseruat, eiusmodique habet sensum ad- ulterium admittentis, vt quando hoc cognouerit, domino signifi- ficet, sibiq; vitam suffocatione finiat.

¶ Pro ¶ poena imponenda in hoc crimine consideramus ipsum crimen pro re, personas delinquentium, & modum seu actionem; qua delinquitur: haecque simul considerari par est. In crimine perpendimus, num simplex crimen sit adulterii, an cum alio mixtum. Adulterium simplex, quando innupta iungitur vxorem habenti: vel contra, si nupta qui vxore caret, vel si uterque delinquentium coniugio potiat, Moder. in l. stuprum, 34. Et si inter liberos, 6. ad leg. Iul. de adul. in P. l. inter stuprum, 101. de ver- bor. signif. Lau. Vall. lib. 6. Eleg. cap. 45. vel alter, vel vterq; spon- salia cum alio aliave contraxerint. Et grauius peccat adulter vxorem habens, quam solutus cum vxore alterius, ca. quemadmo- dum, 9. §. sunt, 32. quest. 7. Vtitur lex Italia de adulteris verbo quo- que stupri, pro adulterio, d. l. inter liberos, & inter stuprum. nem- pe quia stuprum genus videtur, adulterium eius species, vt no- tant, Vall. d. lib. 5. cap. 45. Cum tamen proprie stuprum in vir- ginem viduamve committatur, in proximo cita. earum consensu, & patre iniuriam constupratae in animum statim non reuocant, c. illa lex, 36. quest. 5. Poena adulterii simplicis est iure diuino, v- triusque delinquentis lapidatio, Deuter. c. 22. D. Ioan. c. 8. Da- niel. 13. c. satis, 33. quest. 5. acufatione tamen precedente, Ioan. 8. Videnda hic quae diximus & cum lauius lib. 2. praeludio. opti- mi Iuriscons. c. 17. Sed & filii adulterii in consummatione erunt: & ab iniquo homo semen exterminabitur, Sapient. cap. 3. Iure ¶ ciuili legis Iuliae poena erat vltimum supplicium, l. quamuis, 30. §. fina. C. ad leg. Iul. de adul. §. item lex Iulia. de adulteris, de publ. indic. apud Iustin. quo tempore legem tulit Octavianus Caelar Iulii no- mine, leg. 1. & 2. ad leg. Iul. de adul. in P. Tranquill. in Augusto. 9. in c. 34. Plus. in apoph. de eo. quia adoptatus a Iulio, Sueton. in Augusto, cap. 7. Flor. epito. lib. 116. Zonar. tom. 2. Annal. August. Obtinuit tamen postea, ni fallor, tempore Adriani, & Antonini Pii, quorum aetate vixit Arrianus, Pamal. in Chronologia. ne mor- tis poena esset. Sic enim Arrianus scribit, leg. qui cum vno, 4. §. adulterii, de re milit. lib. 49. P. titu. 16. Adulteri, vel aliquo publi- co iudicio damnati, inter milites non sunt recipiendi. Nec vllam fuisse legem de coercendis stupris latam tempore Tarquinii super- bi, docent verba Ciceronis, 2. de legib. Si regnante Tarquinio nul- la erat Roma lata lex de stupris, idcirco non contra illam legem sem- piternam, (scilicet rationem diuinam prohibentem) Sextus Tar- quinius vna Lucretia Tricipitinae filiae attulit, &c. Lex Italia cum co- temneretur renouata a Domitiano, teste Zonara tom. 2. Docet & Martialis, lib. 6. Epigr. ad Domitia.

Nec spado iam, nec moechus erit te praesi te quisquam.
At prius, o mores, & spado moechus erat.
Et rutum, Mart. lib. 8.
Italia lex populi ex quo, Faufine, velata est,
Atque intrare domos iussa pudicitia:
Aut minus, aut certe non plus vigesima lux est.

¶ Succedentibus ¶ temporibus, & licuit iure Romano marito deprehensum adulterum in domo sua cum vxore in ipso actu, hu- milem tamen & vilem per- nam, occidere, I. marito, & l. si adu- lterii, §. Imperatores, ad leg. Iul. de adul. in P. l. Gracchus, 4. C. eod. l. 3. §. §.

maritus ad Sylla in P. Patri autem eundem adulterum cum filia, in potestate tamen constituta, in adulterio deprehensum, cuiuslibet fuerit is conditionis, & in sua & in generi domo occidere licuit: dummodo quoque filiam occidisset, vel per eum non steterit, l. patri, cum trib. l. seg. & l. nihil, 32. ad leg. Iul. de adul. in P. Quod & in filius occidentibus vtroque iussu patris obseruandum placuit Alexandro Cæleri, d. l. Gracchus, §. 1. eo. C. & ibi Bal. Si tamen filia adulterans extra sacra paterna fuisset, non permittebatur, d. l. patri, & l. seg. ius necis, quod in liberos in sua potestate constitutos pater habebat, §. 1. de pat. pot. Dionys. Hal. in 2. De quo superius in personis diximus. Lex Vultigothorum hac de re similis est, l. 4. de adul. lib. 3. Cod. Vuisi. tit. 4. Si adulterum cum adultera maritus vel sponsus occiderit: pro homicida non teneatur. Et alia, l. 5. eod. Si filium in adulterio pater in domo sua occiderit, nullam penam aut calumniam incurrat. Si certe eam reseruari voluerit, faciendū est ipsa & adultera quod voluerit habeat potestatem. Similiter & fratres suo patri post obitum patris faciendū habeant potestatem. ¶ Lex 12. tabul. Aut. Gell. lib. 10. c. 23. ita quoque statuit, in adulterio uxorem suam si deprehendisset, sine iudicio impune necaret: illa si adulteraret, digito non auderet te contingere, neque ius est. Verba porro, vt deprehensam in adulterio liceat occidere, exigunt per leges, vt ait Lucianus, in Emucho. eum reperiri habere membra in membris mulieris: Vlpianus in ipsa dixi turpitudine, in l. quod ait lex, 23. ad l. Iul. de adul. P. Nam alias non licet occidere sed accusatio competit tunc ex alia suspitione marito, qui sola suspitione motus iure Romano ream facit de adulterio, l. quamuis adulteris, 30. eo. C. c. maritus c. 4. eo. tit. apud Grego. Docuit id Cælar, qui cum stupratam uxorem a P. Clodio intellexisset in templo Veltæ, repudiavit, dicens, non se quidem credere quæ de ea dicebantur, sed nō posse eam uxorem habere, quæ semel adulterii commisit: illa si adultera haberetur: pudicæ enim esse, nō modo, vt ne quid peccet, sed vt nec de se suspitionem turpem præbeat, vt est apud Dionē Cass. lib. 37. Vel si accusare nolit, si ei quem suspectum habet de sua vxore, ter in scriptis denuntiauerit, sub præsentia trium testium fide dignorum, & postea eum inuenit conuenientem uxorem suam in domo sua, vel vxoris, vel adulteri, vel in popinis, vel in suburbaniis, sine periculo etiam iure nouellarum constitutionum potest eum interimere, §. is quoque, vt lice. mari & auia, colla. 8. constit. 17. aut. si quis ei, ad leg. Iul. de adul. Pontifici iure non ita graue scelus ducitur adulterium pati, ac uxorem occidere, c. si quod verus, 33. q. 2. vbi rationes. Sicque in foro conscientie, non licet occidere adulterum, aut uxorem adulteram marito, cano. inter hec, iun. c. glo. & can. admonere, 33. q. 2. Quia soli iudici licet occidere, seu principi qui habet gladii potestatem, can. cum homo, c. homicidii, 33. q. 5. ad Rom. 13. A seio displicuisse hanc sententiam Iulio Clario, lib. 5. sententiarum Iuris, in §. homicidium, nu. 50. & 54. qui ait hanc permissionem legis non esse contra conscientiam. Ego tamē veriorē puto, & esse peccatum mortale occidere etiam adulteram: cum parata sint iuris & accusationis remedia ad vindicandum adulterium. Nec est singulis cōcedendum quod per magistratus solet expediti, l. non est singulis, de reg. iur. P. Et idcirco iudiciorum vigor in medio positus, ne quisquam sibi valeat permittere iniurias, ca. nullus, C. de Iuda. c. porro, de diuortis, nec licet inauditam & indemnatum quantumuis sceleratissimum, priuato necate propter rationes, l. si de malef. & mathema. C. l. i. quando lic. sine iudice, vna. C. l. inauditum ad l. Cornel. de sicar. P. Quocirca nec excusatur omnino a delicto etiam iure ciuili occidens adulteram, sed pœna afficitur aliqua, in l. si adulterum, §. Imperatores, ad l. Iul. de adul. P. priuarique debet lucro quod aliquo iure ex consuetudine vel pacto habiturus esset, occidendo uxorem, l. si ab hostibus, §. 1. sol. matrim. P. lucratur autem si accuset, ca. plerumque, de donat. inter virum & vxor. §. si de adulterio, vt liceat mar. & auia, in Aub.

¶ Qui t̄ inuicem adulterum occidere si voluisse poterat, multo magis iure ei licet contumelia afficere, Papin. in l. nec in ea, 22. §. sed cui occidere, ad leg. Iul. de adul. P. & in domo sua deprehensum retinere, & eatum reducere, & continere per 20. horas, testandæ eius rei causa, Pp. in l. capite quinto, 25. eod. vt iure suo sine fraude vti possit: remissus tamen semel ad alteram reductionem potest. Arbitror autem ita retentum deprehensum non posse necari, ex his, quæ paulo ante diximus, & necare tantum permillum, quando in ipso acta venere: vtrique adulterantes deprehenduntur: quod motus primus iusti doloris meretur excusationem.

¶ At t̄ dum deseruit maior ita, consulto occidere non licet, sed iudici relinquendum iudicium, & accusatio ex formulis legum

instituen da, vt sequatur legitima vindicta. Hæc autem iure nouellarum est leuior, aut. sed hodie, ad leg. Iul. de adul. C. §. si vero quando, vt nulli in. lic. hab. lo. for. in a. ubi. coll. 9. tit. 9. in om. l. et. verus, quā olim fuerit, per quam adultera verberata in monasterium detrahitur: vnde intra biennium, a viro extrahi potest, si ei reconcilietur. At biennio transacto, vel viro intra biennium priusquam reduceret matrono, mulier in monasterium tonsa, habitu sicutcepto, perpetuo adiudicatur, duabus partibus bonorum, si habeat, liberis applicandis, tertia monasterio: si liberi non sint, tertia parte proximis applicanda, duabus monasterio: & si illi non sint, monasterio omnibus bonis dandis: pactis dotialium instrumentorum in omni casu viro soluendis. Putant hanc constitutionem emendate pœnam capitalem tantum in adultera, relinquere autem intactam in adultero, quam ad legem Iuliam refert Iustinianus, §. item lex Iulia de adul. de pub. iud. quæ refert de adulteris loquitur: verum dubito, ne de viris tantum, non etiā de mulieribus loquatur. Nam gladii vitionem in viros tempore Augusti fuisse inuenio, in mulieres adulteras non remittit exempla singularia sint, & ex clementia pœna commutata. Sicut & in posterioribus Imperatoribus obleruatum est. Octauius quippe Cælar, Suet. in Octa. c. 65. Seneca, lib. 3. de benef. c. 32. Velle. Patere, lib. postero. hist. Iulias filiam, nepem ob ea probra relegauit: filiam in insulam Pandateriam, & in oppidum Rheginorum: aepem in insulam Trimerum, Cor. Tac. lib. 1. & 4. Neque aliam, quam exsilii pœnam Octauium adulteris irogasse, auctor est Seneca, lib. de clementia.

¶ Et t̄ virio datum Octauiano Cæleri a senatu Dio referit, Dio 10 Cass. lib. 54. quod adolefcentem non puniuit, qui eam duxisset in uxorem, cum qua antea consuetudinem adulterii habuisset: hoc enim & ciuiles leges, & pontificiæ vetant & puniunt, l. Claudius Seleucus, de iis quib. vt indig. P. cum haberet, & 10. xi. de eo, qui dux. in matrim. quam prius poll. per adul. tota 31. q. 1. in tribus casibus, vide glo. in c. 1. in ver. adulterio, 31. q. 1. Relegata Vestalia adultera, vxor Titidii Labeonis, Corn. Tac. Annal. 2. ad finem, & Galita Tribuni militum vxor, Plin. 6. epist. ad Cornelia. ¶ Erit t̄ forsā monasterii inclusio interdum sine verbis referenda ad Iustiniani inuentum. Nam is, vt Procopius scribit, lib. 1. de adif. Iustina, etiam Byzantii ex sua Theodoræ vxoris, turbam illam mulierularum, quæ in domibus lenonum erat, turpi quaestui ferentium, haud quidem sponte, sed vi quadam adactam, vt in opiam releuarent, sustulit, multoque iumentum in palatio antiquo versus Euxinum pontum monasterium magnifice utissimum, futurum habitaculum mulieribus, quas vitæ prioris pœniteret, constituit: conuentumque hunc sceminarum ideo vocauit *uerruuar*, id est, penitentiam, multoque pecuniarum reddito dotauit. Tholosa est monasterium huic simile, quod vulgo dicitur Mariz Magdalenz, aut *des filles repenties*. ¶ Senarius t̄ alio tempore Cæthegaster uator, sub Valentiniano punitus, capite amputato reus adulterii peractus, auctore Ammiano Marcellino, lib. 23. Aurelianus quoque Cæsar, Flau. Vopisc. in Aurel. militem suam, qui uxorem hospiti adulterasset, duabus arboribus curuatis alligatum, in duas partes discepit: eo quod foedus matrimonii adulterio dissolueretur inter virum & uxorem. Idem ancillam suam, quæ adulterium commiserat cum seruo, capite punituit. Est Diocletianus & Maximinus negent in illis adulterium esse, quia contubernium, non matrimonium in seruis, l. serui, 23. ad leg. Iul. de adul. C. Messalina capite damnata, vt adultera, teste Dione Cassio, lib. 60. ¶ Oplius t̄ Macrinus Imperator, adulterii reos, semper vitæ simul incedit iunctis corporibus, vt auctor Iul. Capitol. in Macrini vita.

¶ Lucrari t̄ etiā dotes maritos ob adulteria vxorum, iure ciuili: & contra, donaticenes propter nuptias mulieres, adulteris maritis, statuunt Theodosius & Valentinianus, postque ob id repudium mitti, Theo. & Valenti. in l. consensu, 8. §. vir quoque, vers. 6. vero causam & seg. de repud. lib. 5. C. xi. 17. nisi mariti lenocinio adulteraria fuerit, Seno. l. cum mulier, 49. sol. matr. P. vel nisi filius prioris matrimonii habeat: tunc enim vnam tantum partem pro numero liberorum lucratur, Bald. in l. hac ed. citati, col. um. 1. C. de sec. nupt. Franc. Crement. sing. 86. vbi adfert rationem. Quæ omnia iure pontificio, c. plerumque, de donat. inter virum & vxor. & ibi interp. & consuetudine iudiciorum firmantur, vide Pap. lib. 22. Rab. arest. tit. 9. arest. 5. Item nisi reconciliata fuerit viro sine accusatione. Nam maritus abolet priora delicta reducendo eam, vt ait Vlpianus, in l. se vxor, 13. §. fin. ad leg. Iul. de adul. Innuit & Horatius, lib. 1. Serm.

Nec vereor, ne dum coeo, vir rure recurat,
Ianus frangitur, latret canis: vndiq. magno

Pulsa domus strepitum resonare. pallida lecto
Desolat mulier. miseram se conscia clamat.
Cruentibus hac metuat. doti deprenta. egomet mi.

Distinctio tamen adhibenda, de qua diximus in cap. de dotis repetitione, in 6. casu repetitionis, lib. 9. c. 2. dum ageremus de nuptiis, quo recurrendum est.

15 ¶ Aliat pœna ex Leonis constitutione nouella, in const. Leo. Celsa. conf. 32. πεινὴ τῆ ἐπιλογοῦσθαι ἀλλοτρίους μοιχῶν μοιχαλίδος. vt adulterio adulteræ, qui quæue in ipso adulterio deprehenduntur, vtrique natus præcidatur, & vir solarii loco dotē lucretur, ipsa in monasterium detradatur: & si liberi essent, ii tantum bessem confeceretur. Erat Aegyptiorum lex, vt ei qui mulierem liberam violasset, virilia excicaretur: quoniam vno crimine tria haud parua scelere complexus esset, iniuriam, corruptelam, & liberorum cōsufionem. In adulterio spontaneo deprehensus, virgīs cedebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur. Quo de decore, vultus incontinentia maculatus, ea mulcetur parte, qua maxime facies exornatur, Diad. Sic. lib. 2. Biblio. c. 3. Leo etiam Imperator nouella 32. de adulteris manifeste deprehēsis pœnam constituit, vt natus detestandis adultero & adulteræ abscindatur, & marito lucrofacidotem, & permittit alias nuptias: adulteræ vero nequam: sed post nati excisionem iubet vel in monasterium, vel in exsilium extrudi, & si in monasterium transferit, vult bona eius alia quam dotalia inter liberos & monasterium distribui, si liberi non sint, parentibus vel proximis loco filiorum dari. Ieridet pœnam detractionis narium Martialis, lib. 3. Epigr.

Quis tibi per suasti naves abscindere mæcho?

Nihil hoc peccatum est parte, maritus, tibi.

Sicute quid egisti: nil hic tua perdidit vxor

Cum sit facta tibi, mentula Deipho.

16 ¶ Melius ¶ ille adulterum deprehensum puniuit, de quo meminit Horatius, lib. 9. Serm. saty. 2.

Quin eriam illud

Accusati, vt quidam testes, caudamq. salacem

Demeteret ferro.

Improbatur etiam institutio iure ciuili legatum que factum ab adultera adultero, vel contra, l. Claudius Seleucus, de vis quib. vt indig. P. Sed & vasallus seu cliens feudo priuatur, si domini vxorem adulterauerit, si item si fidelis, quib. mod. feud. am. lib. 1. feudo. tit. 5. §. tit. 17. §. 1.

17 ¶ Obseruatur ¶ tamen in leges in pœnis infligendis, vt voluntariam sit adulterium: nam vim passam in hanc legem non incidit, l. vim passam ad leg. Julia. de adult. in P. l. si vxor. 1. §. si quis, eod. l. foedissimam, C. eod. l. §. remouetur de post. in P. c. puto. 3. 2. q. 5. cap. propositio. eo. §. seruo tota ead. q. 5. Quod & in Lucretie compressione iudicatum tradit Lilius, lib. 1. Meminit & Aelianus, lib. 12. de varia historia. de Aristomache vxore Dionis, quæ pulso in exsilium & Sicilia marito Dione per Dionysium Siciliæ tyrannum, etiam repugnans in vxorem data est Polyerati satelliti Dionysii. Postquam autem Dion fugato ad Locrenses Dionysius Siraculas receperisset, excusauit Aristomachem vxorem, quod necessitate coacta fuisset ad Dionysio alteri copulata. Neque etiam adultera est, quæ ignoranter viro nubit alieno, cap. si virgo, 3. 4. q. 2. Nec si alius specie coniugis in lectum maritalem irrepserit, aliave in eodem thoro pro vxore clam inscioque marito se subiecerit, ca. in lectum, ead. q. Sicut legitimus pro Rachele Iacobo suppositam fuisse Liam, quam non agnouerat noctu, Genes. c. 29. Potest & hoc contingere similitudine speciei & formæ coniugis, veluti deceptam fert Plautus, in Amphitryo. Alemanam a Ioue, qui conuersus in formam Amphityonis mariti cum ea adulterium commisit. Vidi ego Tholose agitari iudicium in Senatu de quodā Martino Guerre, qui in nuptias absentis mariti irrepserat, vsque adeo marito vto per omnia similis, vt non nisi redeunte a bello marito, & ægre agnito, fraus detecta fuerit, animaduersione facta in dictū Guerre. Cuius rei curiæ placitum commentariis Corasius illustrauit. Fallunt nos pœne formarum similitudines, vt errantiam facilis sit venia. Exempla refert plura Valerius Maximus, lib. 9. c. 15. & Plinius, lib. 7. c. 11. Inter quæ illud insigne Antiochi & Attenii, vel vt Plinius ait, Artemonis, quorum tanta similitudo, vt Antiocho rege interempto, Laodice eius vxor dissimulandi sceleris gratia, in lectulo perinde quasi ipsum regem agrum collocauerit, admiffumque populum & sermone eius, & vultu consimili fefellerit.

18 ¶ Nec etiam vt adultera damnanda, quæ cum audisset vita fundum maritum, qui postea reddit, alteri se iunxit, si longum tempus exactum sit sine stupri suspitione: nisi scitum induxerit mortem,

vt argumentum secundis daret nuptiis, Pap. in l. miles, u. §. mulier, ad l. l. de adult. vide ad distinctiōnes, l. vxor C. de repud. l. vxores, de dno. in P. §. quod autem, vt lic. mat. §. auia, c. 1. 30. q. 1.

¶ Delinquit ¶ etiam, sed non vt adultera puniuit vxor, quæ vi uente marito de altero sibi copulando loquitur: in quo Iulianus varius, si quidem nouella 22. §. si cum tāta, posse repndiari huiusmodi a marito, vt vitæ infidiaricem, sancit: in §. quia vero, nouella 117. negat. Priorem autem firmavit Leo Imperator sententiam, conf. 30. tit. πεινὴ τῆ ἐπιλογοῦσθαι ἀλλοτρίους μοιχῶν μοιχαλίδος. Sed Christianis alia recepta sententia, quia quod Dens coniunxit, homo non separat. ¶ Personarum ¶ etiam distinctio adulterorū distinguit pœnam: nam mulier, quæ se seruo proprio adulterandam vel constituendam dedit, capitali sententia, & seruus ignibus subicitur ex constitutione Constantini, l. vni. de mulier. quæ se propriis seru. coniu. lib. 9. C. tit. 11. Antea etiam mulier cum bonis libertatem amittebat, §. fm. de success. subla. quæ sieb. per bono. vend. apud Iustin. l. vni. de Senatus. Cland. rollen. C. Corne. Tacit. lib. 11. Ex consuetudine Burdegalenfium, infitor vel alius famulus qui adulterium commiserit cum vxore domini sui, vel in filiam vel in neptem eius, vel eam quæ in custodiam data fuerit, tanquam falsarii & infidi capite launt, Confuet. Burdeg. tit. de furtis. siue prætextu matrimonii, vel alio modo id egerint. Scribit & Iulius Cæsar ferentissime hæc adulteria & stupra a Gallis olim fuisse vindicata, Iul. Cas. lib. 6. comment. Ioannes Lucius, lib. 12. placito. plac. 1. refert, placito curiæ Patifienfis infitorem cauponæ, qui cum domina adulterium commiserit, ad furcas damnatum, meuse Maii 1551. Ego quoque idem iudicium exerceri vidi in quendam Tholose, famulum scribam fenatoris, qui eius vxore erat abusus: taceo nomina ob proximo-ram honestatem. At adulterium commissum cum ea, quæ matrifamilias nomen retinet, vt puniatur iure ciuili, non etiam si cum ea, quæ in caupona potantibus ministerium præbuit, & intemperantiz vina propinauerit, l. que adulterium, 29. ad leg. Iul. de adult. C. Item inter liberas personas adulterium stuprumve passas, lex Julia locum habet. Quod autem ad feruas perinet, & legis Aquiliæ actio facile tenebit, & iniuriarum quoque competet, & de seruo corrupto, Pap. in l. inter liberas personas, 6. ad leg. Iul. de adult. in P. l. serui, 23. co. tit. C. l. si stuprum, de iniur. in P. Minorem adulterium committentem ætas non excusat, nec ob id deprecationem adulterii tradit Triphoninus, l. auxilium, 28. §. sed vt ad legis, §. in delictis, de minor. 25. an. lib. 4. P. tit. 4. & Papinianus, in l. si minor, 36. ad leg. Iul. de adult. in P. ¶ Aliarum ¶ gentium moribus & legibus, 22 adulterium simplex impunitum non fuit. Lege Solon enim, qui raptae mulieri liberæ vim attulisset, decem drachmis mulcetur: & si laesione in sententiam suam traxisset, viginti drachmarum pœna. Extra eas tamen, quæ sibi palam indixissent quæstionem, id est, extra meretrices, teste Plutarcho, in Solon. Verum ultra statuit, auctore Aelchine, orat. con. Timarchum. mulierem, cum qua adulter fuisset deprehensus, non ornari, non ad sacra publica ingredi, ne integris mulieribus commista eas commaculet. Quod si ingrederetur vel ornaretur, ei qui obtius fuisset mandauit, vt vestimenta discinderet, ornamenta auferret, & verberaret, caueret tamen ne mortem inferret: atque ita huiusmodi mulierem infamem effecit. Illud ipsum testatur Demosthenes, con. Nearam.

¶ Licuit ¶ & Atheniensium legibus, deprehensum in adulterio cum vxore necare, Lyfias orat. de Erasosthene adultero Demost. con. Nearam. Lucretia, in Eunuchis. Plutar. in Solo. Polyb. 2. historia. Hoc ipsum & licuit lege Neapolitana, lib. 2. confit. Neapolita. tit. 80. Gothica, Cassi. lib. 1. varia. epi. 37. Crispiniano Theodericus rex. & Langobardica, l. 2. de adult. lib. 1. Langobard. Hippomenes vnus & Codridarum familia, qui Atheniensibus imperant, cum apud filiam Limonam adulterum deprehendisset, hunc quidem vna cum filia ad curram alligatum, interfecit: illam vero vna cum equo sub iugum constrinxit, donec mortem obiret, Heracli. in politis, dum de Atheniens. agit. Alii dicunt equo famelico deuorandam dedisse, Ouid. in Ibis, l. 1. Et tua domo ferox, &c. Et in Tenediorum republica, Temones rex legem constituit, vt si quis adulterum deprehendisset, securi trucidaret etiam filium, Heracli. vbi sup. Cæsar. Rhodig. scribit, l. 20. lecti. Antiq. c. 25. primum omnium in adulteris legem tulisse Argium virum Hieram, post Moluri cædem in vxoris adulterio deprehensi & hanc legem postea imitatum Draconem Athenis.

¶ Adulter ¶ Gortinæ in ciuitate Cretæ deprehensus, in iudicium adductus, criminisque conuictus, lana coronabatur: ipsa vero coronatio redarguebat eius mollitiem, timiditatem, mulierositatem, & æstimata est ei publice quinquaginta staterum summa,

atque eo ad turpissimam infamiam redacto, omnes ad gerendam in republ. dignitatem via sunt interclusa, *Elia. lib. 12. de var. hist. ca. 12.* Lydi, *idem ubi sup.* adulteram postquam cum marito concubisset, sine venia & misericordia pledebant. Apud Danes, parte corporis spoliatos aduiterantes, ait Saxo historicus, *lib. 5. h. 10. Danica. necabant.* Vindicandi t̄ adulteria quaedam lex naturæ videtur. Leo quippe vbi Pardus cum Leæna concubuit, odore Pardi coitum in adultera sentit, totaque vi confurgit in penam: idcirco aut flamine culpa ablutur, aut lógins comitatur, teste Plinio, *lib. 8. c. 16.* Theodericus Rex Gotho. Crispino scribens apud Cassiodor. *lib. 1. variar. epist. 37.* excusans eum qui occiderat adulterum. *Quis ferat, inquit, hominem ad leges trahere, qui matrimonii missus est iura violare? Per is inscium est copulatus suam extrema decertatione defendere. Dum omnibus animantibus est inimicū, quod naturali lege damnatur. Videmus tauros feminas suas cornuali concertatione defendere: arietes pro suis omnibus capitaliter insanire: equos aduultas sibi feminas colapsis & moribus vindicare: ita pro copulatis sibi animas ponunt qui verecundia non mouentur. Homo autem quomodo patiatur multum relinquere adulterium, quod ad æternum suum dedecus cognoscitur commississe?*

25 ¶ Lege t̄ Zaleuci apud Locrenses adulterii crimine damnatus, utroque oculo priuabatur, *Val. Max. lib. 6. c. 5.* ¶ Apud t̄ Cumæos deprehensa in adulterio in forum deducebatur, & lapidi imponebatur, quo posset ab omnibus videri: & rursus circumuecta asino per ciuitatem, eo reducebatur, vt esset omnibus contemptui,

27 ¶ Platar. in Parallel. ¶ Pro t̄ vindicta adulteri, in vxorem Leuitæ facti, necati 20000. homines, *Iudic. 19.* Flagellauit totam domum Pharaonis, ob sublatam vxorem Abrahæ, *Genes. 21.* Deus. In ciuitate Brixia mulier adultera pœna mortis punitur, vt ait Zabarel.

28 ¶ lus, *consl. 69. incip. contra Barthol. de Gobbis.* ¶ In t̄ quibusdam Franciæ locis olim erat consuetudo mulierum adulteræ capillos incidere, vestes ante & retro in ignominiam eius scindere, & ita per ciuitatem totam circumduci, *glo. in ca. de benedicto, in ver. caluarius 32. q. 1. P. Rauennas, in suo iuris compen.* Coloniz adultera per ciuitatem cum cõtumelia traducta cum candelis manu delatis ad ecclesiã ducebatur, *Boe. decis. 297. nu. 13.* ¶ Plato, t̄ 11. de legib. eadẽ pœna adulterum & adulteram puniri iubet. Quod & canones admittunt, *ca. si 32. q. 6.* Et si lex 12. tab. vxori non permitteret virum vel digito tangere adulterantem, *Gell. lib. 10. c. 23.* cum ea adulterans occidi ab eo posset: nec lex Iulia mulieribus accusandi maritos adulteros dabat facultatem, *l. 1. C. de adulter.*

29 ¶ Apud t̄ Germanos olim, paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna preles & maritis erat permissa: abscissis crinibus nudatam curam propinquis expellebat maritus domo, ac per omnem vicum verberare agebat: publicatæ enim pudicitiz nulla venia: non forma, non ætate, non opibus maritum inueniebat. Nemo enim illic vitia ridebat, vt auctor Cornelius Tacitus, *de morib. Germanor.*

30 ¶ Lege t̄ Boioariorum, in leg. Boioario, *ca. 11. tit. 1. § 2.* adulter compoere debet cum marito, eum suo veregildo, id est, 160. solidis: & si in lecto fuerit cum adultera interfecit, in suo scelere iacet sine vindicta. *Et si in lecto, inquit lex, calcauerit vno pede, & prohibeatur a muliere. & amplius nihil fecerit, componat cum 12. solidis.* Athalaricus rex Gothorum, *Cass. lib. 9. varia. c. 19. in edicto Athalari. illa lex & ponitur lib. 3. legum Wisigoth. titul. 4. l. 9. & in l. 1. § 12. adulterum marito adultere tradere debet statutum, cum bonis, si liberos non habeant, aliam pœnam sic statuit. Si quis superflua turpique cupidine, conjugali honestate despecta, ad concubina delegerit viuere complexus: si ingenua sit, in quo seruaturu cum suis suis, addicatur vxori: vt illi se per honesta iudicia sentiat subda, cui polluta am libidinem credidit posse preponi: si ancilla, excepta pœna sanguinis, matrimoniali subaceat vitioni, vt illam patiatur iudicem, quam formidare debuerat absentem. M. s. vetus Romanorum, vt ait Dionysius Halicarnass. lib. 2. antiq. Roma. vt si mulier aliquid peccasset, ex mariti læsi arbitrio pœnam lucret, & de del. c. is, quibus violata erat pudicitia, cognati cum ipso cognoscerent. Sicque apud Cornelium Tacitum, *lib. 13. Annal.* Plancius Prisco instituto coram propinquis, de capite famaue conjugis cognouit & insontem nuntiavit. Et, vt fer. bit Suetonius, auctor fuit Tyberius, vt matronas prostratæ pudicitiz quib. accusator publicus deesset, propinqui maiorum more de communi sententia coererent: scribit autem Linius, *lib. 39.* mulieres damnatas, ce gnatis aut in quorum rsanu essent, vt astiores tradidisse, vt ipsi in priuato animaduertent in eas. Et si nemo fuisset idoneus supplicii exactor, in publico animaduersum fuisset. Videtur porro Cornelius Tacitus*

relegationem ad propinquos adulteræ factam, mitioremque penam deprecatum Tyberium pro Adulterio Apuleiz Variæ neptris fororis Augusti, dum ait, *Cornel. Tacit. lib. 2. Annal.* cum adulterii grauiorem penam deprecatum, & vt exemplo maiorum propinquis suis vltra ducentum lapidem remoueretur, iussisse. Addit, & adultero Manlio Italia & Africa interdictum. Sicque liquet pœnam legis Iuliz de adulteriis tunc relegationem generaliter fuisse, vt & Iuliam Augusti filiam & alias complures in insulam relegatas legimus. Scribit & idem, *lib. 4. Annal.* Aquiliam adulteri delatam cum Vario Ligure, exilio punitam. Et lib. 2. Vestiliam prætoria familia natam, adulteram, Titidū Labonis vxorem in insulam Seriphon abditam fuisse.

¶ Iure t̄ pontifici, mixta ciuilibus & criminalis, & criminalis omnino adulterii est accusatio, *c. tua, c. 5. de procurat. lib. 1. Decret. tit. 38.* Ideoque duplex pœna mixta potest fieri per procuratorem sine inscriptione talionis, coram iudice ecclesiastico, cuius accusationis pœna, separatim thori & habitationis, & lucrum dotis, ca. plerumque, de donatio. inter vir. & vxor. d. c. tua. At criminalis, talionis habet hodie inscriptionem, cum coram iudice seculari ad pœnam legitimam indicendam accusatio instituitur, *d. c. tua, c. 5. causus, c. 5. q. 1. de adm. l. is cuius, §. fin. & l. mariti, §. prætor. ea, cod. tit. in P. Vrbano 2. sum. pontif.* ¶ Philippo t̄ Franco rum regi lacris interdixit, quod abiecta Bertha legitima vxore, cum alia viueret in adulterio, anno 1095. *Meier. lib. 4. Annal. Flandria.*

¶ Sostres t̄ rex Aegyptiorum, *Diod. Sicul. lib. 2. Biblio. c. 1. in o. 14.* mnes impudicas & corruptas mulieres animaduertit, iussitque eas in villam congregari, ibique simul cum villa comburi.

¶ Ex t̄ sententia populi senatusque Romani, ob adulterium Lucetie, abrogatum imperium Tarquinio superbo, & eius posteris, *Dion. Halic. in 3. Lini. l. deca. 1.*

¶ Populi t̄ ciues, quibus pudicitia & castitas placuit certaque proles, in summa hoc scelus odio capitali prosecuti sunt. Sicuti & is, qui apud Scæuolam secundum interpretum mentem existimabant grauius adulterium parricidio, *Scæuol. in leg. codicillis, q. 5. mare. in iuncta additione marginali, de leg. 2.* At qui voluptatibus delectabantur, & ridiculas fere de hoc crimine statuerunt leges.

¶ Waneftidus t̄ Anglus, cui postea Romæ Bonifacii nomen latinum pro barbaro obtigit, scribit ad Edoaldum Anglorum principem, in antiqua Saxonia vbi nulla sit Christi cognitio, si virgo in paterna domo suprata, vel matrona fuerit adulterio polluta, itragulata illam cremari, & supra sepulcra foveam suspendi violatorem, aut cingulo tenus vestibus rescissis flagellari, castis matronis oppidatim pungentibus, donec interirant. Quod & refert Beatus Rhenanus, *lib. 1. rer. Germanicar. In legibus Frisiorum, titu. 5. de hominibus, qui sine compositione occidi possunt, §. 1. licet occidere sine pœna campionem, vt lex loquitur, eum qui in prelo sit occisus, adulterum & furem, si domum effodiat: incendere volentem domum alterius, sanum effringentem. Et insantem recerent natum enecantem matrem.* ¶ In t̄ Gallia, vt plerumque sequimur iuris nouellarum Iustinianearum in puniendis adulteriis regulas, de quibus in authentica, sed hodie, ad leg. Iul. de adulter. C. Secundum quam iudicatum in senatu Parisiensi refert Ioan. Pappus, *lib. 22. Rhapso. arest. titu. 9. are. 1. § 2. 12. Decemb. 1522.* Meminit & alterius placiti: 31. Augusti anni 1552. quo adultera quidem in monasterium detrusa est, sine suffragatione tamen: adulter autem multa pecuniaria & infamiz affectus, exilio damnatus est. Refert & alia familia curiarum placita Boerius, *decis. 207. num. 12.* Receptum & vsu ante damnationem vxoris, eam sibi maritum poffe reconciliare, & cessare pœnam, *Pappus. d. 22. lib. 11. §. ar. 12.*

¶ Poflunt t̄ & supremi potissimum iudices, interdum leuorem, interdum grauiorem pœnam imponere pro modo delicti, & consideratione habita personarū & peristatō: veluti, si quando vir debitum non reddat vxori coniugale, leges castitatis vxor violauerit. Tunc enim quo dammodo excusanda, & culpa in maritum reicienda, *c. si tu abstines, 27. q. 2.* Qui enim occasionem damni dat, damnum de delfe videtur. *Qui occidit, §. in hac, ad l. Aquil. P.* Non ideo tamen minus puto, virum eo casu dotem lucrari non debere, vt causam dantem adulterio, *arg. l. cum mulier. sol. mat. in P.* Neque ideo iniunem abire a pœna vxorem, que rō debuit tantum

tantum scelus operari, Archi. & glo. in d. c. s. m. abstinent, 27. q. 2. ca. significasti, de dinor. & ibi Ioan. Andr. & Panor. mitius tamen eam castigandam, Lomme delictum, 6. §. per vinum & lasciuiam, de re milita. P. Tam graue enim adulterium delictum est, vt remittendum non sit, teste M. de Iustino, l. Cui Cassia, 3. §. sancta gl. in ver. delictum, de fideicom. liber. P. Placuit & sepe rigor legis Iuliae, & capitalis poena inter iudicandum curijs Gallicis, obseruata conditione personarum, veluti quando fetus seu famulus concubauerit cum domina, Pap. lib. 22. Rhaps. are. tit. 9. ar. 4. & 5. is enim vt plerumque suspendio punitur.

40 ¶ Aliam ¶ quoque legem apud Demosthenem, μοιχίας, in Neeram. ἐπειδὴ δὲ ἴλοι τὸν μοιχὸν, καὶ ἐξέσω τὸν ἄλλον συνοικεῖν τῇ γυναίκα. ἐάν τὸ συνοικῆ, ἀπικροῦτο. καὶ ἐάν τῇ γυναίκα ἐξέσω εἰσέλθῃ εἰς τὴν οἴκον, καὶ συνοικῆ, ἢ ἂν μοιχὸς αἴδῃ, ἐάν τὸ εἰσὶν ἡπιοῦσι παρὰ τὸ πᾶν, ἢ ἂν παρὰ τὸ πᾶν διατάξῃ, id est, Postquam autem adulterium deprehenderit, et qui deprehendit porro habere eam mulierem in matrimonium non liceat, simile tractat in l. 2. C. ad l. Iul. de adul. l. 2. §. Innocentius, & Lmariti, eod. in sin. P. mortalem, de condi. ob. tur. cau. c. 3. de adulter. apud Greg. c. si quis uxorem, & c. 1. 32. q. 1. c. quomodo admodum de inre iurando, quam si reus ueris, ignominiosus est. Neque mulieri liceat ingredi in fana publica, cum qua fuerit adulter deprehensus, sin ingressa fuerit, impune quidam in eam liceat, excepta morte. Sicque scribit Cornelius Tacitus, lib. 2. Anna. exactum a Titidio Labeone Vestilize adulteræ marito, cur in vxore delicti manifestata ultionem legis omisit: illamque; repondisse sexaginta dies ad consultadum datos, nec dum prateriisse.

41 ¶ Aristophanes, ¶ in Nubib. meminit de alia poena adulteriorum pene ridicula, sed tamen ignominiosa que ἀσχηματισμός dicitur, seu pilorum euulsio, & si ἀδὲς γὰρ μοιχὸς δὴ σὺ σέπῃ ἀσχηματισμός, quod deprehensus adulter depilaretur. Et Icholastes in eum locum, cum dixisset, τὸν ἀδὲς μοιχὸν ἀσχηματισμός ἴνα δὲ ἀργύριον ποιῆς αὐτῷ, subiungit αὐτῷ δὲ οὐκ εἶναι τοῖς μοιχῶσι σέπῃ, ἀποστραφιδωτός, ἢ ἀσχηματισμός. et ἢ πλῆθος χρέματι παρὰ γονοτὸς ἀπαλοῦντο. De Raphandoleos enim poena, cum Raphano podicem traiceret adulteri deprehensi, idem Aristophanes meminit.

De Adulteriis mixtis cum alijs criminibus, & de Incestu. Cap. 7.

- 1 Incestus quid.
- 2 Adulteris cum incestu punitio.
- 3 Sacerdotum fornicatio, incestus est, & ibi de eius poena, vt de Vestalibus incestus quoque.
- 4 Fornicatio in Bacchanalibus vindicata.
- 5 Rhea Vestalis, matris Romuli & Remi, incestus & mors.
- 6 Monialium fornicantium & fornicatorum poena.
- 7 Incestus cum matre & filia capitalis: cum alijs alterius poena.
- 8 Incestus per legem diuinam damnatio: exempla damnatorum, 9. & seq. nu. 10. 11. 12. & 13.
- 14 Incestuosos etiam conscientia flagellat, & ad mortem impellit.

¶ Incestum, ¶ illam coniunctionem vocamus veneream, quæ nuptias nullo modo admittere potest: inter personas, quas cestus ille veneris seu cingulum legitimum, quo nuptiæ legitimæ inaugurabatur, vide Lysium Greg. Syra. de Deis gentium, syntag. 13. & in Cythera. exornare non poterat. Quales pater & filia, filius & mater, fratres & sorores, ascendentes & collaterales consanguinei in gradibus prohibitis, affines a iqui, l. fin. de condi. sine caus. lib. 12. P. sit. 7. §. de rit. nupt. P. l. si adulterium, 38. ad l. Iul. de adul. c. lex illa, §. cum ergo, 36. q. 1. c. de incestis, 35. q. 3. c. nec eam, eod. & virginæ, quæ post consecrationem Deo factam nupserint, quæ adulteræ & incestæ dici possunt, cap. virginis, 27. dist. quia & desponsatæ Deo videntur, vt D. Paulus ait, Desponsæ vos vni viro, & c. 2. ad 2. Corin. 11. c. qua Christo, ca. virginibus, 27. q. 1. ¶ Lex ¶ apud Cicero- nem, 2. de leg. Incestum Pontifices supremo supplicio sanciuunt. Papinianus, in l. si adulterium, 38. §. 1. ad leg. Iul. de adul. P. adulterium in incestu puniti, quia & sine adulterio puniatur, his verbis notat. Si adulterium cum incestu committatur, ut puta cum priuigna, nura, nouerca, mulier quoque similiter punitur: id enim remoto etiam adulterio eneniret. D. Augustinus, lib. de adul. coniug. in c. adulteris, 31. q. 7. adulteris malum, inquit, vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu. Et Papinianus quoque, incesti crimina natura grauiora adulterio voluit, & si quando ob ignorantiam sanguinis vel poena leniatur, vel cesset: vel propter ætatem incestus, non autem adulterium, Papin. in d. l. si adulterium, §. 1. & l. fin. de rit. nupt. P. Plura de incestu diximus iam in nuptijs, dum de prohibitione ea-

rum tractamus, lib. 9. c. 11. quæ huc transferri possunt: repetere enim, vt breuitati cõsulamus, non expedit, & vide etiã Boe. de pœnis incest. ascend. & descen. nutritis & consanguineorum coniugij, q. 318. Inibi quoque diximus prohibitas esse nuptias consecratis Deo virginibus seu Vestalibus, & in ordinibus ecclesiasticis maioribus constitutis: quibus præcognitis facile persuasum erit multo magis clandestinas fornicationes harumdem personarum per se reprobas, vt incestuosas merito reici. Cum matrimonium, quod legitimã habet per se coniunctionem, sit illis vetitum: & de factõ initum separandum, imminente exilio & proscriptione bonorum coniunctiones has peragentibus, etiam Wisigothorum legibus, l. 2. de incestis, lib. 3. Cod. Wisigo. tit. 5. ¶ Sacerdotes ¶ qui cum filiabus spiritualibus, quas sibi per sacramentorum exhibitionem affinitate spiritali iunxerunt, fornicantur, graue adulterium cõmittunt & perniciosissimæ exempli. Proinde ab omni officio deponuntur, & iniungitur in pœnitentiam duodecim annorum peregrinatio, & postea in perpetuum monasterii conclusio, ca. si quis sacerdos, & c. fin. & c. omnes, 30. q. 1. Abbas in ca. fin. de purg. cano. Ioan. de Anna. in c. cum dilectus, de accusa. col. 2. Ioan. Bernar. Diaz, in pract. crimin. can. c. 76. Romano iure, Vestales viuæ sepeliebantur in incestu deprehensæ, vt innuit Iuuenalis, dum ait, Satyr. 4.

Nemo malus felix minime corruptor, & idem Incestus, cum quo nuper vittata iacebat Sanguine adhuc vino, terram subitura sacerdos.

Ferunt, vide de supplicijs harum Vestalium Lini lib. 2. 4. 8. decad. 1. & dec. 4. li. 2. Dio. Hal. li. 8. & 9. Iulia. Obse. li. de prodig. Plin. Lenio. lib. 4. epist. Oros. in 2. Minutiam Vestalem, ob incestum viuam ad portam Collatinam Romæ defossam: & Popiliam aliam in campo, qui inde scelerati nomen habuit. Pariter Vrbnam, cuius corruptores iudicio pōtificis Maximi, in foro virgjs cæs, necati sunt. Defossæ ob ipsum scelus & Vestales aliæ, Opiæ, & Opinia. Et Liuius Cantilius scriba pontificum, qui cum Floronia Vestali, quæ mortem sibi conciuerit, stuprum admiserat, iussu pontificis maximi in comitio vsque ad deo virgjs cæsus est, vt inter verbera expirauerit. Capparonia alia suspendio perit, & corruptor eius, & seruic concilij supplicio affecti.

¶ Liuius ¶ scribit, in bello Macedonico. Valerius Maximus, lib. 6. cap. 3. S. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo consulibus, senatum mandasse, vt de iis, quæ sacris Bacchanalium, incestu vsq; fuissent, inquirent, quibus cū multæ essent damnatæ, in omnes cognatas intra domos animaduertent.

¶ Ante ¶ has, Rhea cognomine Syluia, Vestæ sacerdos, Numitoris filio, incestus cõiuncta, ex quo genuit Romulum & Remum, virgjs cæla interfecta est, quodque; natum ex ea iussim in profluentem aquam proici, Dion. Halic. lib. 1. Liu. lib. 1. decad. 1. Plin. de vi. Illustr. Jul. Florus in 1. Sed deinceps defodi tales viuas iusserunt sacratæ leges, idem Dionys. in 1. Pomp. Lat. lib. de sacro. in Vestalib. Sed & Dionys. refert Rheam Syluiam post verbera in occultum perpetuumque; carcerem coniectam, & ibi necatam fuisse, plures tradidisse. ¶ Iure ¶ pontificio, si quis episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus, aut lector, aut psalmista, aut hostiarius, cum muliere sanctificata Deo mœchatus fuerit, deponitur, quia spõsam Christi corrupti: si vero laicus, excommunicatur, c. si quis, 27. q. 1. ex sexta synodo. & a sacra communione in perpetuum, demto mortis tempore, si digne pœnituerit, arcetur, c. virginibus, ead. 17. q. 1. ca. raptores, 36. q. 2. Ipsi autem Vestales lapsæ ita, in ergastulis, vt perpetuam ad mortem producant pœnitentiam, concludendæ, c. impudicus, 27. q. 1. Iure civili, capitale imminet supplicium non solum ex raptu harum virginum, sed etiam si quis eadem etiam volentes rapere tentauerit, l. si quis non dicam rapere, 5. de episcop. & cler.

¶ Placuit ¶ tetiam curiæ supremæ Tectofagum seu Tholofanæ, reum actum incestus commissi cum matre & filia, c. si quis non dicam, 36. q. 2. l. 1. de raptor. virgin. C. capite plectendum, 9. Octob. 1548. & si alterius gradus incestuosus leuius punitus sit, vide Papo. lib. 22. Rhaps. arest. ar. 7. & 8. tit. 9. seuerius tamen, quam adulter. Nam sicuti proximitatis argumentum & exceptio suspectam redditam coniunctionem tollit, sic deprehensa in proximitate illicita coniunctio grauiorem meretur poenam, vt statuunt Gratia. Valent. Theod. & Archad. CCCC. l. si quis adulteris, 34. ad leg. Iul. de adul. C. Addit plura de poena incestus cum matre, filia, nouerca, sorore, nutrice Nicol. Boerius, quem consule, decisio: 318.

¶ Incestus ¶ vindictam sic D. Paulus exprimit, 1. ad Corin. 5. 8. Omnino audiatur inter vos fornicatio, & talis qualis nec inter gentes:



eo qui eam rapuit, de cuius nuptiis antea egerit, *ca. cum causam*, *6. accedens de raptor*. Atque eo iure, potest vitari poena, ut videtur raptus, per consentium in matrimonium cum raptore. Quod tamen displicuit concilio Aquilegensi celebrato, *c. placuit 36. q. 2.* eantumque, ne propter violentiam praecedentem, consensu sequenti rapta raptoris nubere possit. A quo tamen ex D. Hieronymi auctoritate, *d. ca. placuit, §. hac auctoritas, & c. tria, 36. q. 2.* qui pluribus veteris testamenti sententiis & exemplis probavit, tale matrimonium esse legitimum, dictam est. Ceterum etsi matrimonium firmum sit, quod pertinet ad sacramentum, non tamen ideo arbitrator poenam eludendam. Nam & eam ab ecclesiasticis iudicibus visque ad sententiam sanguinis imponi posse nemo inficiatur, *ca. in archiepiscopo parisiensi de raptoribus*. Neque prohibetur, quin & secularis iudex, legibus civilibus indictam non proferat: neque approbatur in matrimonium ab ecclesia impedit, quominus vicio si malar raptus. Quia non puniunt matrimonium, sed modus, quo matrimonium quis aucupatus est illicite. Plura enim bona sunt, sed quia bene non sunt, damnantur, & capitalis poena respicitur, ad puniendum dolum, fraudes, circumventiones. Proinde recte hodie matrimonium cognitio suspenditur, donec de raptu cognitum & decretum fuerit a iudice seculari, ut pluribus firmat Aegidius Magister super sententia curiae Parisiorum praeses, *Aegid. Mag. in decisio. notabil. tracta. de appellatio. c. 3.* qui refellit diversam interpretantur iuris pontificii sententiam. Et Lucius ita iudicatum testatur, *Joan. Lucius lib. 12. plac. curia, tit. 8. pla. 1. & Papo, lib. 22. Rhaps. aref. tit. 6. are. 7.*

¶ Quod autem statuum dicitur sic de vi & raptu in meretricem, distinguunt aliqui, pura nupta sit, vel soluta a vinculo matrimonii: nam si quispiam rapuerit mulierem nuptam, quae prius permiserat se osculari, tangi, & comprimi, habet locum poena raptus ex mente Pauli Castrensis, *cons. 27. 2. incipiente queritur, vno dicto statuto, in 2. vol. cons. per glo. in l. suprum, in c. de rito. nup. in P. & Baldi, in l. consentaneum, quomo. & quam. iud. C. per text. §. 1. de resti. & ea que parit in i. men. Quamvis Accursius, glo. in l. vni. in verbo honestarum, & ibi. Cyn. de rap. virg. C. & post eum Cynus dixerint, adulterium quidem committi a muliere nupta, etsi inhoneste viuat, & punibile: raptum nequaquam, quia is non nisi honestarum personarum sit. Addit Angelus, in d. l. vni. neq. cum turpiter vitiate commissum adulterium, punibile esse ex parte viri adulterantis: puniendum tamen ex parte adulterae, *Prob. l. qua adulterium, 29. ad leg. Jul. de adult. C. & l. si ea que, C. eo. tit.* Turpior namque videtur per orna, quam vt legum obseruatione dignae visae fiat, ve ait Constantinus in l. qui adulterium, C. de adulte. vel vt eum lunale Sar. 4. die turpior ipso crimine: sic enim de Crispino scribit.*

Nam quod turpe bonis Titio Seloque, decebat Crispinum: quia aqas cum dicitur & fustior omni crimine persona est?

Exultantem ego mariti qualiter esse perpendam quoq. vt uterque & raptor & rapta puniatur, si vit alienus a leuocino sit. Considero simul, num post compressionem adulterae, eam quis traduxerit vel rapuerit statim, an postea. & mora potest dare respiciendi mulieris anam, calore sedato & crimine perpenso. Fieri enita potest, vt quae antea fuit meretrix, poeniteat sceleris, & velit se emendare, *l. imperialis, §. praesens, de nupt. C.* At in meretricibus publice merentibus, si quae sint alicubi, inuitis adductis, raptum non opinor, nec vim, nec poenam eius ex legibus civilibus, *Vipia. l. verum est, 40. de furr. lib. 47. P. ut. 2.* Sicque de rapta Dina sorore dixerunt filii Iacob, *Numquid oportuit sorore nostra tanquam scorto abnuui? Genes. c. 34.* Verum non est dissimulandum, puniendas scortationes etiam voleatium iure nostro d. no, vt docuimus in Personis, dam de illegitimis ageremus liberis. Et proinde multo magis nolentium, quia vi aliqua compressi, inducitur ad delinquendum. Poena autem erit determinanda pro modo circumstantiarum, & vis, & personarum. Nam & commentariensis morte dignus est, qui meretricem suam catere conclusam cognouerit, etiam sine vi, vt placuit Ioanni Fabro, in *§. item lex, de publ. iud. & hodie solent fustigari, Pap. lib. 22. Rhaps. aref. tit. 8.*

¶ Athenis lex fuit, a S. lone ne, vel Dracone, non plane constata, qua cautum generaliter, *Qua vim passus fuerit, eius qui vim intulit, vel nuptias, vel mortem optato.* ¶ Cuius tamen meminisse Seneca, 1. Declam. Hermogenes, 1. Rhetor. & Fab. Quintilianus, in raptore conuicto, in leg. bus Boioanorum haec lex, in leg. Boiar. c. 11. tit. 6. 7. *Si quis virginem rapuerit, contra ipsius voluntatem & parentum eius, cum duodecim solidis componat: & alios quadraginta cogatur sisco dare. Si autem viduam rapuerit, qua coacta ex relecto*

egreditur, propter orphanorum & propriam rerum penuriam cum 80. solidis componat, & 40. cogatur sisco dare. ¶ In legibus Salscis, tit. 14. de ingen. homin. qui mulieres ingen. rapiant, raptus mulieris poena pecuniaria puniatur: maiori, si rapitur alteri sponsata. Alia tamen lege, §. 6. praed. tit. *Si quis puer regis vel viduam ingeniam feminam traxerit, de vita componere iubetur. Quod si, §. 7. eiusdem tit. ingenia aliqua femina quemcumque de illis sponte secuta fuerit, ingenuitatem amittit.*

¶ Leo Armenius, in 1. lib. iur. Orien. in eius constitutio. nec re. 13. *παρρησιον ομογενων τῆ μορχεια εν δεινον, id est, de praes. poenam adultero non irrogante.* Oricentis Imperator, cum eum quidam egredientem palatio adisset, questus suam sibi uxorem a Senatore raptam, idque facinus se ad vrbis praefectum detulisse, neque tamen suum ius consecutum: iussit sibi sibi Senatorem, & vrbis praefectum: atque praefectum statim suo munere exiit, & adulterum legibus puniendum tradidit. Memorabile autem est placitum curiae Tholoanae, quo iudex Blaniaci oppiduli iuxta moenia Tholose, damnatus & priuatus capite, quod meretricem coquerentem se vi cognitam non audisset, & negotium dissimulasset: non quia graue scelus hoc forsitan in meretricem admissum, sed quia iudicandi manus necessitatem habet, *l. quippe, de iudic. P. l. fin. §. iudicandi quoque necessitas, de muner. & honor. in P.* Sed & celeritatem maxime in atrocioribus, & quae dissimulatione serpere pernitiosius possunt. ¶ Non fuit hic quod referam, quod clades anti-quitus & bella orta fuerint ob raptus mulierum, de quibus Herodotus, in prim. lib. 1. meminit. Notum bellum & strages ob Helenam ex Homero, lib. Iliad. Horatio, 1. Car. od. 15. & aliis. Alia pleaque perlequitur Athenaeus, lib. 13. *Dipno. cap. 4.* Refert Strabo, in 1. & Pausanias, in Messeniac. bellum maximum inter Lacedaemones & Messenios, quod Messenii Spartanas virgines ad adem Dianae violauerant.

¶ Secundum Tius Saxonum, meretricem quoque & concubinae, si quis praeter earum voluntatem violat capite puniatur, *lib. 3. leg. Saxo. art. 36.* ¶ Iustinianus tamen in legibus Militaribus, *l. 36. de sex. 16* *νομος βιασμενων νεπλου η οβειεας αυτου, η βουκαρεδου η δεσ αυτη η εν το τεκτορ τῆς αυτη πορος αυτου, id est, militi qui violauerit virginem, nasus amputator, data in super ei tertia bonorum parte.*

De Stupro in Virgines, & Viduas.

C A P. 9.

- 1 Stuprum quid dicatur.
- 2 Stuprum puerum vel feminam lege Iulia de vi publica tenetur: & de eius poena.
- 3 Honeste vivere imperatum quibusdam a magistratibus.
- 4 Meretrices qua femina dicuntur.
- 5 Raptus ab Stupro virginis quid differat. Et horum poena. Et seq. 6. 7.
- 6 Virginem immaturam rapiens quomodo puniatur. Et qua sit poena famuli ancillam vitiantis.
- 7 Carceris custos quomodo puniatur abutens carcerata.
- 8 Vidua stuprum committens non priuatur dote, qua priuaretur, si adulterium viuenti marito commississet.
- 9 Fornicatio inter dominam & seruum quam poenam habeat.

Nomen stupri, etsi generale nomen sit, ad omnes species illiciti & vetiti coitus pertinens, nunc tamen viduis, virginibus, & masculis applicabitur: si modo viduae fuerint integrae vitae antea, & extra concubinatum, *l. stuprum, 34. P. in l. inter libertas, 6. ad leg. Jul. de adult. in P. l. inter stuprum, de verb. sign. aut meretricem vitam.* ¶ Qui tamen puerum vel feminam per vim stuprauit, lege Iulia de vi publica quoque tenetur, *l. Mart. l. 3. ad leg. Jul. de vi publ. P. Marc. l. mariti lenocinium, 29. §. fin. ad leg. Jul. de adult. in P.* cuius poena a qua & ignis interdictio, *Vipian. l. qui dolo, 10. §. fin. ad leg. Jul. de vi publ. in cuius locum hodie deportatio, l. 3. ad leg. Jul. pecul. P. bonis omnibus ademptis, §. item lex, de publ. iud. ap. Iustin. teneturque lege Iulia de adulteriis, quia eo nomine adulterium etiam dicitur, *d. l. inter libertas, §. 1. ad leg. Jul. de adult.* Vidua honesta habita, quae stuprum commississet, iure diuino ignibus cremabatur antiquitus, *Genes. 3. 8.* quia se prostituere, & ad meretrices accedere iure diuino prohibuitur, *ca. meretrices, & ca. in eo, 32. q. 4.* Non erit enim scortum, inquit Dominus, *Deut. c. 32. de siltibus Israel, nec scortator.* Priuat eos Deus regno aeterno, qui fornicatur, *ad Ephes. cap. 5. ad Hebraeos. 13. Apocal. 21.* ¶ Athenis tamen Areopagite, cum Demetrius Phalerei filius, luxuriosus vitam ageret, & Aristagoram amicam domi possideret vt melius & honestius*



inter: & tradens eos Pontifici territorii ipsius, ubi id perpetrari con-
tingit: sequens ardua mandatur detractioni: vel inuiti saltem
intur commissa, qui voluntarie perpetrare noscuntur illicita. Hoc
interim horrendum dedecus, si inferens quis, vel patiens non volun-
tarius, sed iniustus explere dignoscitur, tunc a reatu poterit immunis
haberi, si nefandus huius sceleris ipse detector existiterit. &c.

10 Quod si mitiori foro, clericorum vel monachorum qui osculum
turpe, quo suspicio oriatur libidinis, impreffert adolescentibus,
vel aliam turpitudinem, est ex fructuosi Episcopi puniendus de-
creto, decretum hoc ponitur post librum Philastri de heresibus, in l.
qui inscribitur Sentent. Patrum, de officio rectoris ecclesie, ca. 95. ex
Fructuoso, cuius hæc verba: Monachus aut clericus parvulorum
aut adolescentium confessor, qui vel osculo vel qualibet occasione tur-
pi deprehensus est, comprobata patenter per accusatores verissimos sine
voto causa, publice verberetur: coronam capitis, quam gestat, amit-
tat: decalutatusq; turpiter opprobrio pateat, omniumque sputamentis
oblitus in facie, probraque suscipiat, vinculisq; ardeat ferreis. car-
cerali sex mensibus angustia maceretur. & triidua per hebdoma-
das singulas refectioe panis exigui hordeacei vel sperino tempore sub-
leuetur. Post deinde expleto his mensibus, alius sex mensibus succeden-
tibus, sub senioris spiritualis custodia segregata in curricula deges, operi
manu & orationi continuo sit intentus, vigiliis & sletibus & humi-
litate, & penitentia lamenta percipiat. Et sub custodia semper & soli-
tudine duorum spiritualium fratrum in monasterio ambulet, nulla
priuata locutione vel consilio deinceps inueniendus coniungendus.

De Lenonibus & Lenis. Cap. 11.

- 1 Lenocinium inter capita l. Iulie de adulteriis.
Et num. 5.
- 2 Lenocinium quid, & vnde dictum.
- 3 Lupanaria fuerunt prostitutarum & puerorum. Sustulit Iustini-
anus Constantinopoli. 4.
- 4 Lenonium capitalis poena. 5. & 7.
- 6 Virgines corruptas quibus puniatur poenis. Et persuasio stupri
qua poena afficiatur.
- 8 Adulterii cur non sit transactio.
- 9 Vxorem passus copiam sui facere, adulterii poena puniendus, ut
leno.
- 10 Lenocinii poena eos tenet, qui euadendi accusationem, opem fe-
rent fornicatoribus deprehensis.
- 11 Sacerdotum Anubis calleditas in decipienda Paulina. & eorum
poena.
- 12 Aufidiana filiam conspiratam necauit cum lenone.

1 Nec t̄ capita legis Iulie de adulteriis, lenocinii accusatio est,
l. 2. §. lenocinii, ad leg. Iul. de adul. P. l. auxilium, §. sed ut ad leges,
de minor. 25. an. P. §. Lenocinium, t̄ inquit Vlpianus, in l. palam,
4. §. Lenocinium, de rit. nupt. P. non minus facere, quam corpore qua-
stam excoere. Lenas autem dicitur, quæ mulieres quasituaras
prostituant. Lenam quoque accipimus, & quæ alterius nomine
hoc vitæ genus exerceat. Lenocinium, inquit Vlpianus, l. athletes, 4.
§. aut prator, de his qui not. infam. P. facit, qui quasituaras mancipia
habuerit, qui & infamis. Lenocinium quoque committi subiicit,
non solum si quis eam artem impiam exerceat ex professo, sed et-
iam si quasituaris prostituta, alterius artis occasione utatur, & oc-
casione ministerii: vt si mancipia talia habuerit, caupo, stabulari-
us, seu balnearior. Ab alliciendo, lenones dictos esse constat:
quod ad stupra alliciunt.

3 Erant t̄ prostituta iuuenum & mulierum, & lupanaria apud
impios Ethnicos, quos imitari voluit scelestissimus Iason, tempo-
re Machabeorum, 2. Machab. ca. 4. Iustinianus lenones vltimo
supplicio puniendos sancit, Christianis suffulcus rationibus. ut
de lenonib. in auth. §. Meminit t̄ & Procopius, lib. 1. de adif. Justin.
hunc Cæsarem ex Theodoræ Augustæ iussu, & fodalina mete-
tricum & lenonis a Constantinopoli sustulisse. §. Vlpianus, t̄ ver-
balis Iulie, & ad stuprum vel adulterium inferentem, & ad
frudentem vt inferretur, pertinere tradit, Vlpian. in l. hæc verba
legis 12. de adul. in P. Sic sanctionem Valentiani & Theodosii,
l. si lenones, 13. de epis. audien. lib. 1. C. tit. 7. qua filie & ancillæ, qui-
bus parentes lenones peccandi necessitatem imposuerunt, a ne-
xu potestatis liberantur, intelligo de præcepto & suasionem: nam si
peccare cogissent, grauiori poena dignos arbitror, nempe pro-
scriptionis, exsilii, vel metalli, l. in de spectacu. lib. 1. C. tit. 4. o.
6 §. Constantinus t̄ Cæsar statuit, in leg. de rap. virgin. libr. 9. C.
Theod. tit. 14. vt quoniam parentum in filias custodia, nutri-

cum s. bulis & prauis suasionibus deluduntur, vt eis quæ ministe-
rium rapiendi vel violandi puellas præbuerunt, meatus oris &
faucium, quibus nefaria hortamenta protulerunt, liquentis plum-
bi ingestione claudantur. Paulus autem Lucifontolus sic etiam
statuit, l. 1. §. qui puero, de extraord. criminib. lib. 47. P. tit. 11. Quæ
puero stuprum abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit, aut mu-
lierem puellamve interpellauerit, quidve impudicitie gratia fecerit,
preciumve, quo id persuaderet, dederit, perfecto flagitio punitur ca-
pite, imperfecto in insulam deportatur: corrupti comites summo sup-
plicio afficiuntur. §. Lenones t̄ Solon quoque acculatos & con-
uictos, morte damnari iubet, vt ait Æschines. Eutyachus, quod
puellâ Olythiam prostituisset, capite multatus est. Dynarchus,
contra Demosthen. Cleomenes Tyrannus apud Methymæos, tres
vel quatuor lenas, quæ apertissime lenocinari solebant, libe-
raque mulieres prostituere, in faccis ligatas iussit quibusdam im-
mergere. Hermippus in libris de septem sapientibus hoc ipsam
fecisse narrat Perandrum. Athena. lib. 10. Dipno. 14.

§ Ad t̄ species lenocinii pertinet, eademque poena, qua ad-
ulterium, vt plerumque punitur, si quis de adulterio vxoris suæ
quid accepit. l. 2. §. lenocinii, ad leg. Iulia de adul. l. mercalem, 5.
de cond. et ob. turp. cau. lib. 4. C. tit. 7. Quo fit, vt de crimine adu-
lterii non possit transigi. l. transigere, 18. de transact. C. l. de crimine. 10.
ad leg. Iul. de adul. C. quia transactio fieri non potest, nullo dato
vel recepto. l. transactio. 38. de trans. C. l. de fideicommissio, eod. Pro-
lenone quoque, qui vxorem adulterii damnatam sciens duxerit
aut in adulterio deprehensam non dimiserit: non tamen qui su-
spectam tantum retinet. Tripbo. in l. auxilium, 38. §. fin. de minor.
25. an. l. crimine lenocinii, 2. l. sine metu, 17. ad leg. Iul. de adul. C. l. ca-
lissiani, 9. C. eo. l. mariti lenocinium, 29. P. eo. tit. §. Et t̄ qui patitur, y-
xorem suam delinquere, matrimonium que suum contemnit, qui
contaminatione non indignatur, poena adulterii affigitur, l. 2.
§. lenocinii, ad leg. Iul. de adul. in P. Extra tamen accusationem leg-
gis dicitur, qui patitur vxorem suam delinquere, nõ ob questum,
sed ob nimiam negligentiam, vel quantamcunq; patientiam, vel
nimiam credulitatem. d. l. mariti lenocinium, §. plectitur, eo. §. Ten-
net t̄ & lenocinii & adulterii poena eos quoque, quorum ope &
consilio dolo malo factum est, vt vir facinorose in adulterio de-
prehensus, pecunia aliave qua pactione se redimerent, ex sententia
Steuolæ, in l. si cuius ope, 14. ad leg. Iul. de adul. P. Plura hic adde
his, quæ diximus alibi de veneficiis, & de amatoris incantationib.
de poena eorum, qui attentant pudicitiam alicuius, & ad amo-
rem incitant.

§ Refert t̄ Flavius Iosephus, lib. 18. antiquit. c. 4. iudicium Ty-
berii Cæsaris in signe, de Decio Mundo & Ide eius liberta, & ia-
cerdotibus Isis: cum enim Decius Paulinam vxorem Saturnini
castissimam expugnare, nec verbis, nec pecunia pollet, ope liber-
tæ effecit, vt sacerdotis corrupti pecunia diceret, Deum Anubim
forma sua captum, eam ad cenam & amplexum appellare: quare
Paulina in templum venit, sed pro Anubi Decius cum ea concu-
bit. Quo detecto, Tyberius omnes sacerdotes cruci affixit & li-
bertinam, templum Isis dicitur, Isis imaginem in Tyberim ius-
sit prolici, Decium rel-gauit, quem iudicauit amore & ætate im-
pulsam magis, quam certo animi iudicio deliquisse. §. Aufidia-
na pædagogoproditam Faunio Saturnio, non contentus scelerum
seruum affecisse supplicio, etiam ipsam puellam necauit.
Valer. Max. lib. 6. c. 1.

Non tantum ipsas Fornicationes & adulteria, sed &
Prælua, per quæ ad ea peruenitur legibus
puniri. CAP. 12.

- 1 Causo, ne crimina committantur, dignior ea, vt commissa p̄-
niantur.
- 2 Mentis praua cogitatio quomodo detegatur, & puniatur.
- 3 Fornicationis futura, vel peracta que indicia.
- 4 Libri impudice & parum verecunde lectionis explodendi.
- 5 Fæmina pecunias promississe, suspensionem habet stupri.
- 6 Colloquium pro stupro punibile, & quæ illud permittit.
- 7 Pudicitiam alicuius astentare, infamiam & iniuriam habet.
- 8 Solicitatores alienorum matrimoniorum puniunt.
- 9 Amoris & luxuria suspensiones, & indicia.
- 10 Poculum amatorum dare, punibile.
- 11 Matrimonii discordiam ferentis poena.
- 12 Visus amoris conciliandi medium primum.
- 13 Tactus illi cuius puniunt.



De aliis Capitulis, quæ pertinent ad legem Iuliam de adulteris.

CAP. 13.

- 1 Procurator non admittitur in accusatione adulterii iure civili quando autem iure Pontificio.
- 2 Adulteri accusatio quibus concedatur. Et maritus uxorem quomodo accuset.
- 3 Adulteri accusandi potestas durat per quinquennium tantum. Et potest accusari post mortem adulteræ.
- 4 Incestus accusatio non prescribitur, nisi per viginti annos.
- 5 Adulter & adultera quando simul accusari poterant.
- 6 Adulterum nupte solus maritus in Gallia accusat.

Quia huius criminis capitalis pena est, nemo accusat per procuratorem de adulterio. Iquamvis indubitari, 19. C. ad le. Iul. de adult. neque defendit iure civili, l. miles, 11. §. ea que eod. tit. in P. Quia t. vetatur hoc ipsum in relictis publicis iudiciis. l. p. §. 1. de pub. ind. lib. 48. P. tit. 1. Sed ad solâ thori separationem & lucrû dotis accusatio tamen, ca. 1. de de. pro. quæ omnib. non cõceditur, neq; quib. conceditur permittitur aequali privilegio: Ne volentib. temere liceat violare coniugia. Iquamvis adulterii 30. C. ad l. Iul. de adult. Placuitque tantum deferri necessarii coniunctisq; personis: marito primum, qui ex sola suspitione sine inscriptione accusare potest iure mariti, intra sexaginta dies, post eod. iure extranei. d. l. quamvis, & l. iure mariti, eo. Eodem fere privilegio patet in accusando adulterio filiarum donatur, verû præponitur ei maritus in instituenda accusatione, nisi is colludat cum adultero, Scanol. l. i. cuius ope. 14. §. ex Senatuf. 2. §. fin. ad leg. Iul. de adult. in P. vel ipse maritus infamis sit, vel suppoferit ipse uxori adulterum: quo casu & de adulterio is quoq; tenetur, d. l. i. cuius, §. 1. Patet tamen sine periculo calumniæ agere non potest. Paul. l. pater, 30. eo. in P. Maritus autem minor hic in accusando uxoris adulterio, nõ exigit patris consensum, etsi sit in eius potestate, Papin. l. inter liberas. 6. §. filiusfamilias, & l. filiusfamilias, 37. eo. tit. l. sed si vnus, §. filiofamilias de in iur. in P. Non accusantibus patre & marito intra 60. dies, extranei admittuntur postea inscriptione interposita, l. accusaturus, 3. ad leg. Iul. de adult. & cum ea mariti: etsi enim iure mariti accuset, tamen calumniæ pœnam non evitat. l. scevola, l. i. cuius ope. 14. §. fin. eod. Dantur marito post sexaginta dies viles ad accusandum iure mariti concessos, alii quatuor menses viles, vt præferatur aliis accusare volentibus. l. miles, qui, 11. §. sexaginta, eod. in P. Facultas t. autem accusationis adulterii, ab eo commissio per quinquennium tantum durat: quo tamen currente & defuncto quoque mulierem accusare licet. d. l. miles, §. adulterii, l. mariti, §. præterea, & l. quinquennium, eod. In cognitione, ad Senat. Syl. in P. l. adulter, §. C. ad leg. Iul. de adult. Quod tempus receptum in aliis capitulis quæ ex lege Iulia pendunt veluti lenocinii vel stupri, l. mariti, 29. §. hoc quinquennium, eod. Nisi si vis interuenierit, quo casu si alia lege, nempe de vi publica agatur, temporis exceptio non obicitur, d. l. mariti, §. fin. Incestus t. quoque eandem admittit considerationem, l. i. eo. tit. P. in quo tamen, viginti annorum præscriptio habet locum. l. vim passam, §. præscriptionem, 3. eod. tit.

Observatum t. iure civili: vt adultera & adulter simul accusari non possint ab eodem, l. si maritus, 15. §. fin. de adult. P. l. nihil interest, 32. §. fin. l. vim passam, 39. §. duos, l. res adulterii, 9. eod. tit. P. a diuersis & seorsim possunt, l. donantia, §. 17. §. quartum, eo. Incesti tamen cõmune crimen aduersus duos intentari potest. d. l. vim passam, 39. §. incesti. Potest quoq; cum adultero vel adultera accusari simul, qui domum prebuit, vel consilio fuit, vt crimen reatimitetur. l. nihil interest, 32. §. fin. Sed & observant leges, vt si adultera nupta sit, accusatio aduersum eum non incipiat, sed aduersum adulterum: quo peracto reo, demum licentia in adulteram excurrit. l. 2. in prin. l. nuptam, §. d. l. vim passam, §. nupta, ad leg. Iul. de adult. P. l. fin. dum in vno, 14. eo. C. Quod si nupta non erat, liberum erat ab adultera, vel adultero accusationem incipere. d. l. nuptam, l. si maritus sit, 15. §. si in viduitate, eod. P.

In Gallia tamen receptum vsu est, posse adulterum & adulteram simul accusari. Papi. lib. 2. 2. 7. hap. arest. ar. 2. Tholosano tamen Senatui placuit, neminem legitimum accusatorem adulterii nuptæ esse præter maritum. idem lib. 2. 4. tit. 2. artic. 5. In adulterii crimine, ab omni familia mariti & uxoris, quæ fuerit tempore commissi adulterii, querendum est. l. in adulterii questione, 32. C. ad leg. Iul. de adult. cum similib. nos.

dicant: vel virgini libidinosa crinis de capite extraxerit, cum duodecim solidis componat. In legibus autem Salicis hæc, in leg. Salicis, tit. 2. 3. de manu mulier. nos fringen. §. 1. Si homo ingenuus scemine ingenue digitum aut manu strinxerit, Malberg Chamis, 600. denarius, qui facit solidis quindocim, culpabilis inaceur.

In consuetudinibus vel iure infubrum, §. item fideles, quib. mod. feud. amissa lib. 1. feu. tit. 5. valallas priuatur feudo, non solum qui cum vxore domini concubuerit, sed & qui eam ea turpiter luserit. Suspicio in hoc crimine fornicationis habet violentiam præsumtionem, quæ instat probationis fit: cum hoc opus coniunctionis non patet visui, glo. in c. tertio loco, de præsumt. ap. Gregor. in ver. vs. credendum, gl. in c. dixit dominus, 32. q. 1. Et ex sola suspitione adulterii, quod vxor collocata fuerit alicui, & eum conueniret contra trinam mariti prohibitionem, sententia adulterii, vt si vere probatum esset, ferri potest. §. si ut lic. mar. & auis, & c. in authent. colla. 8. Admittuntur & suspiciones ad probationem carcalis copule, quod visui sunt vir & mulier soli, nudus cum nuda, in eodem lecto iacentes: visui in multis locis secretis & latebris ad hoc accomodis & horis electis. ca. lueris, 1. 2. de præsumt. Item quod visui sunt simul per plana & nemora, vias & in via pluries conuagantes, d. s. tertio loco, 13. eo. quod habuerit aliquam tanquam vxorem in lecto & in mensa. ca. illud, 11. eod. Nimia familiaritas vel consuetudo cum muliere præsumtionem veram inducit coniunctionis matrimonii, vel stupri. l. in libera, 24. de rit. nupt. P. l. si viciniis, de nupt. C. l. in concubitu, §. 1. de concubin. in P. Baldus, in l. neque natales, num. 1. C. de probat. quoque existimauit, meretricem certo præsumendam, cuius domum scholaris noctu & interdum ingreditur & solet alloqui solam: Quia, inquit, scholaris qui solam alloquitur, non præsumitur dicere pater vobis. Sunt & alæ suspiciones istius stupri & fornicationis, de quibus alibi tractauit, supr. lib. 10. cap. 2.

Et quæquam quædam glossella, glo. in c. absti, 11. q. 3. tradat, si clericus mulierem amplectatur, interpretandum esse, eum causâ benedicendi id facere, non causâ libidinis. Melior tamen est contraria prohibitio, ca. 1. §. 2. de cohabit. cleri. & mulier. lib. 3. Decretal. tit. 2. cum similib. ibi nota leum qui, 19. §. auth. episcopi, de episcop. & clericis. C. §. hæc autem, quomodo o. ort. episc. in auct. col. 1. quia interdicitur clericis, episcopis, & sacerdotibus, consortiam, familiaritatem, colloquia, cohabitatio que mulierum: exceptis his, quæ matres & sorores cum sint, ob fedus naturale nullam fore turpitudinis suspitionem admittunt. Ita & sola suspicio hie fornicationis est reprehensibilis. Quare, inquit Eugenius, in dict. cap. 2. de cohabit. cleri. & mulier. Si quisquam sacerdotum, id est, presbyter, diaconus, subdiaconus, de quacunque scemina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam & tertiam admonitionem inueniatur fabulari, & aliquo modo conuersari cõuenis, excommunicationi subdatur, forma vero canonice iudicetur.

De osculo iam in sponalibus diximus, supr. lib. 8. c. 8. quale illud sit, quod probatum & honestum sit, quodve illud, quod libidinis indicium est, de cuius prohibitione nunc hic mentio fit, vt pote suspectam reddens pudicitiam. Cuius rei & Pablii Meuil Seueri pudicitie custodis existat exemplum, qui in liberum gratum admodum sibi animam acertit, quia eum nihil istam ætatis filie suæ osculum dedisse cognouerat: præsertim cum non libidine, sed errore lapsus videri posset. Ceterum, inquit Valerius Maximus, lib. 6. c. 1. amaritudine pœne, teneris adhuc puella sensibus, castitatis disciplina ingenerari magni astimauit, etque iam tristis exemplo præce, sit, non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferret.

Fuit t. Beguinorum error, condemnatus tamen, ca. fin. de hæret. in Clem. quo adstruebat, mulieris osculum, cum ad hoc natura non inclinaret, esse mortale peccatum, actum vero carnalem, cum ad hanc naturam inclinaret, non esse peccatum.

Confubulatione t. & osculationem, de decus & crimen confiteri, ait Cyprilianus ad Pomponium de virginitate, cuius verba transferiuit Gratianus in suum decretorum volumen, ca. nec aliq. 27. q. 1. potissimum quando osculum est, κατὰ τὸν νότον, vt ait Aristophanes, in Nyctibus, osculum inquam impudicum, ἔταρ, interpr. Aristophanes in Nyctibus, ἐν κατὰ τὸν νότον οὐκ ἀνὴρ τὸν νότον τῶν ἀνδρῶν ἔταρ, hoc est, osculum columbarum.

Dicitur t. Agostinus existit: mat receptum esse, & rationis esse, alienæ femine osculum infum verberè vindicare. lib. 2. 1. de ciuit. Dei. c. 11.

De alia præpostera, & abominanda libidine.

C A P. 14.

- 1 Cocentis cum bruto animali, quæ pena. *Monstra hominum unde nata. eod.*
- 2 Mulierum surpudentis seipfas inueniuntis pena.

1 **S**uperioribus præ addenda sunt turpissima simul ac grauissima crimina libidinis, cum quis pecus inierit, vel si qua se animali subiecerit: mors enim omnibus ex æquo dicta, & mulieri, viro, & pecori. *Leuit. 20. ca. mulier, 15. q. 1.* Quintimo & solum conatura morte puniendum, exemplo comprobatum est, *Boeri. decis. 316. num. 6.* In hoc offenditur post Deum, & ipsa natura. *c. hoc ipsum, §. hoc autem, 33. q. 2.* Et non dubito ex hac impiissima commixtione, tot monstra nata esse, quæ cum forma hominum, bruta animalia referunt.

2 **¶** Pudet se dicere turpissimas tribudum venerarum commixtiones, quas foedissimæ. *Boer. d. decis. in fine. Anton. Gomez. in leg. 80. Tauri. num. 14.* quædam mulieres exercent, mutuis se frictionibus compellentes ad exsudationem feminealem. Sed quia & mulieres accusatas referant interpretes, & damnatas, non postula omnino silere. Et Accurcius aliique interpret. putant, leges etiam huic foedissimæ voluntati imposuisse, cum mulier agit vt vir. *gl. 2. in l. foedissimam, ad leg. Iul. de adult. C.* Deque prodigiola Veuere hac sic Martialis in *Baltham. lib. 1. epig. 58.*

*Quod nunquam maribus iunctam te, Bassa, videbam,
Quodq; tibi moechum fabula nulla dabat:
Omnis & officium circa te semper obibat.
Turbatus sexus, non aduenit viro:
Esse videbaris fœtor, Lucretia nobis,
At tu, prohi fœcibus, Bassa fututor eras.
Inter se geminos audeo committere cunnos,
Nec vitæ, virum prodigiola Venus.
Commenta es dignum Tiberiano enigmate monstrum.*

Hic ubi vir non est, et sic adulterium.

Antonius Gomez tradit, adhibitis instrumentis quibus se iungant, vitilem in modum, compertas mulieres in hac turpitudine, morte multandas: sin autem sola fricatione se ineant, citra mortem puniendas. *Ant. Gomez. in præd. l. 80. Tauri. num. 34.* Quem sequitur Iulius Clarus, *lib. 5. recept. sent. §. fornicatio, num. 29.*

De lege Cornelia de Siciariis, vel de homicidio.

C A P. 15.

Lib. 43. Prit. 8. Lib. 9. Cit. 16.

- 1 Homicida in alia vita dammandi morte æterna.
- 2 Occidere graue est scelus: grauius insidiari.
- 3 Sica quid, & de sicariis lex quid contineat. & quæ homicidia hac lege puniantur.
- 4 Homicidia secundum diuersas circumstantias Athenis diuersis tribunibus iudicabantur.
- 5 Homicidii nomen quid contineat.
- 6 Occidere quando militi licent.
- 7 Homicidarum alia voluntaria, alia casualia, alia cum necessitate: & voluntaria nunquam multa.
- 8 Homicidi rei pendente iudicio arcebantur foro & sacris.
- 9 Pœnis publicis, res inanimata cur subdita.
- 10 Homicidii voluntariis, & inuoluntariis pœna. Et seq.
- 11 Serui insidias domini comburendi, aut capite plecendi.
- 12 Insidias augent delictum homicidii.
- 13 Latrones qua pœna puniantur, & a quibus occidi & comprehendi possunt.
- 14 Homicidia voluntaria, & inuoluntaria, iure diuino quomodo vindicata, sicut Pontificio, Gallico & Germanico. Et num. 15.
- 16 Assassini homicida qui, & Asfacida quos, & pœna.
- 17 Partum abigens, & abortum faciens qua pœna puniatur, Et seq. num. 19. & 20.
- 18 Partus in viro quot diebus delinectur & formetur.
- 21 Gravidam verberans & officium partus, quomodo Langobardorum: lege & diuina puniatur.
- 22 Pregnantem se celans, & abortum faciens, rea parricidii.
- 23 Occidens, & occidere subens pari pœna plecuntur.
- 24 Homicida occidendi Draconis lex, & Atheniensium.
- 25 Expianda cœdis mos antiquus.

Distum est antiquis, inquit Dominus, non occides, *D. Math. 1. 5. Exod. 20.* qui autem occiderit, reus erit iudicio. Et qui sanguinem effuderit humanum sanguinem, effundetur sanguis illius. *Genes. 9. facit e. 18. D. Joan. Euang.* Et vltra pelluntur a regno Dei homicidæ, *Apocal. 22.* Idque Plato, in *Phædo*, sic asseruerat: Qui ob scelerrum magnitudinem, insanabiles esse videntur, qui videlicet sacrilegia multa & magna, vel cades iniquas, vel alia horum similia perpetraverint, hos omnes conueniens fors merget in tartarum, unde nunquam egrediantur. **¶** Graue est scelus se hominem tollere: sed grauis adhuc, dolo id facere. Mirum enim non est si animalia & pilces se mutuo deuorent, nam iustitia carent: at in hominibus scelestissimum, quibus iustitia data est, vt se conferuent, vt ait *Hesiodus lib. 1. operum.* Neque qui occidit hominem reus tantum eius vitæ est quem sustulit, sed & eorum, qui ex eo nasci potuissent. Et proinde dictum est ad Cain homicidam a Deo, *Gen. 4. Vox sanguinum clamat fratris tui ad me de terra.* Sic namq; habet veritas Hebraica, *האמהו אלהי מן האדם אתו קול דמאי אחיקא* Zognakim elai min haadam: non autem, vox sanguinis, vt habet editio vulgaris. Et in *Apocalypsi, c. 7. Anne interfectorum sub altari clamant ad Deum, Quousq; vindicabis sanguinem nostrum?* **¶** Cornelius præ Sylla quaestiones publicas constituit, veluti de falso, de parricidio, de sicariis, & prætores quatuor adiecit. *L. 2. deinde Cornelius Sylla, de orig. iur. P.* Inde lex Cornelia de sicariis, quæ tamen tantum punit dolo facta homicidia: ad alia enim non pertinet, *Mari. in l. 1. §. D. Adriani, ad leg. Corn. de sicar. quæ aliis iudiciis castigantur.* Et id nomen sicæ indicat, quæ est gladius breuis recurus, acinacis speciei longitudine, quo clam necabantur homines, vt ex *Suida, in illo verbo, & Iosepho, lib. 20. antiquit. Iudæ. c. 1. & ca. 17. §. stem lex Corn. de sicæ. de publicis. docet & quid sit sicæ. Fabius lib. 10. ca. 1.* apparet. Proinde omne homicidium dolo illatum, hac lege comprehenditur: veluti, *l. 1. in princ. 34. ad leg. Corn. de sicar. P.* si sicæ fiat, si veneno, si incendio dolo suffocato, si quis saluum testimonium accepit, vt capitalis criminis reus fieret, si magicis futuris aliquem quis necauerit. *§. item lex Cornelia, de publicis. Sic voluntas maxime hic occidendi consideratur, vt non immerito qui occidendi animo cum telo ambulauerit, l. 1. qui cum telo, C. ad l. Corn. de sicar. lege hac coercetur: & dolo hic pro facto habetur, Paul. in l. leg. Corn. l. 7. eo. P. non expectato exitu, Callistr. in d. l. D. Adrian. 14. eo.*

¶ Athenienses præ etiam homicidas non eodem modo, nec ea- dem incuria iudicabant: nam si quis consulto & præmeditate alii cui necem intulisset, in Martio pago: sin præter voluntatem & cogitatum rationem, in Palladio. Sin vero necem factam fuisse confiteretur, iure vero, an iniuria patrata esset, in dubium voceretur, in Delpho rationes diiudicabantur. *Ælia, lib. 5. de var. hist. cap. 15.* **¶** Homicidii quod nomen omnibus speciebus, quibus vita admittitur, commune est, non ab hominis cæde tantum, quæ est, quando adhibita vi, & veluti manu mortis causa præbita est, *Julia. in l. 1. de vulnerat. 5. 2. ad leg. Aquil. lib. 9. P. tit. 2.* sed & quando alio modo mortis causam quis dederit, *Pl. l. qua actio, 7. eod.* Sextus Pomponius Festus, occisum a necato proprie distingui ait: quod occisus, a cædendo dicitur: necatus vero, sine ictu: unde & in legibus Numæ Pompilii scriptum est: *Si hominem salu- minibus occidit ne supra genua tollito.* Et alibi: *Homo si suumne occisus est, et insula nulla fieri oportet.* Vbi cunq; enim (quod obiter dixerim) fulgur hominem occiderat, ibi sepeliebat. Neque hominem ita examinatum cremari fas erat, condi tamen terra religio tradebat, vt auctor *Plinius lib. 2. cap. 54.* Artemidorus vero ita scribit, *εἰ δὲ οἱ κεραινοὶ ἴπτες μεταίθωνται, εἰδὲ ἄρα αὐτῶν τὸ πνεῦμα κατακρηθῶσαν ἐν τῷ θαλάσσῳ.* **¶** Plutarchus scribit, *Problem. 38.* non esse permillum in castris etiam versantem ferire hoitem, nisi sacramento fuisset vincetus militari, quo impetrabatur id, & veluti cogebatur: quia necessitate coactum hominem occidere non liceat: & qui nec legitime, nec iure faciat, homicida habendus sit. Verum non tam exitus, nempe hominis mors, inspicitur in puniendis homicidiis, quantum modus occidendi, & personarum, diuersitas, ex quibus habebitur pœnarum temperamentum. **¶** Et Thoraicidum aliud voluntarium, aliud casu, aliud necessitate cogente fit, *not. gl. in c. sic dignum, in §. si. in ver. confisus, de homici.* seu vt cum Platone loquar, *9. de legibus, aliud consulto, aliud inconsulte fit.* Voluntarium nunquam Deus inultum sufficitur respodit Sybaritis Delphicæ oraculum, cum consulerent ob miraculū, quod post Citharædi ab illis in templo Iunonis occisum, sanguis videbatur scaturire, veluti ex penni fonte, *Ælia, lib. 3. de var. hist. c. 42.*

Non immortalis hoc Dii, inquit patientur inultum. Si quis enim prudens, scelerata a mente profectum, committat facinus, grauis hunc quoque poena sequetur. Non exorabit, neq; si genus ab loue summo Ducerit, ipse suo collo, collisq; nepotum.

Hoc ius. Et generi cumulatim damna ferentur.

Alter enim voluntarium, aliter inuoluntarium & casuale homicidium, aliter simplex, aliter parricidium plectendum est. Et in omnibus quidem scelus videtur inesse. sed aliud alio maius, si consilio potissimum fiat. Natura quippe hos abherreat homines. ut pote qui in propriam speciem hominum, omni exuti humanitate infurexerint.

8 ¶ Arcebanturque et olim foro & factis, teste Iulio Polluce, lib. 8. Onomast. ii. qui in reatu erat cedis quoad iudicium peractum esset. Idem testatur Antiphon, Oratioe reorum. qui ad iudices sic ait, Cassius cedis, ut opinor, vos contenditis magnopere iudicare. quippe hominem reus sententia vestris damnatum cedis, in eam fraudem incidere necesse est, ut nec eadus perpetrator, nec perpetrata cedis reuera obnoxius, poenas tamen pcedat. Et legis sanctionem subeat, ut verbe, factis certaminibus, arceatur, qua hominibus maxima antiquissima censetur. Sic Lyfias orat. contra Agoratum, Nemo, inquit, eum, ut homicidium reus, colloquio dignabitur. ¶ Refert et Suid. in verb. et in reu. moris fuisse antiquis in Prytanæo Athenis, telu, lapide, & similia in corpore et ponit ignoto athenis. & res inanimatas etiam in iudicium adducere, ut iudicarent an exterminandæ essent. Et Demosthenes, con. Aristot. Non, inquit, homines modo, sed etiam animantes, atque etiam in animata atque cedis ab inanimatis fuisse, in Prytanæo iudicabantur. Scribit et rursus Suid. Niconis Thasii pugilis cuiusdam statuam, lege Draconis apud Thafios coram iudicibus ream actam, ab heredibus cuiusdam æmulis Niconis ab ista oppressi, cum illa ab eo cæsa casu eum oppressisset, tandem que a iudicibus necis damnatam, in mare demersam fuisse. Hanc tamen fuisse statuam Diomedis athletæ tradit Eusebius, lib. 5. de prepar. Exang. in ceteris consentit. Iuber & Deus, Exod. 6. 21. ut si hō corrupta occiderit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruatur, nec comedatur carnes eius.

10 ¶ Igitur in primis erit dispiciendum, num homicidium voluntarium fuerit, an preter voluntatem contigerit. Prior casus legem Corneliam habet vlticrem: alter leuiorem poenam, ut ait Antoninus Cæsar. l. 1. ad leg. Corn. de scar. C. Quare infans vel furiosus, si hominem occiderit, lege Cornelia non tenetur: cum alterum innocentia consiliu teneat, alterum fati infelicitas excuset. In fans, 12. eod. P. Modest. l. poena parricidii. 9. §. fin. ad legem Pompe. de parricid. P. l. diuis. de offic. pref. P. ea. illud. §. itaque. 6. q. 1. ca. aliquos, & ca. si quis infans, eod. C. l. 1. de homicid. in Clem. Sic & de dormiente statue. d. Clem. 1. §. fin. Poena autem legis Cornelie & admissorum dolo homicidiorum, erat olim in infulam deportatio, omnium bonorum ademptio: sed hodie solent capite puniri, nisi honestiore loco positi fuerint, ut poenam legis sustineant: humiliores solent vel bestis subici, aliores deportari in infulam, teste Marcel. in l. 3. §. legis Corn. ad leg. Corn. de scar. P. Sic & Modest. in l. qui eadem. 16. eod. Qui eadem, inquit, admissi sponte dolo ve malo, in honore aliquo possit, deportari solent: qui secundo gradu sunt, capite puniuntur. De poena tamen statuenda capitalis criminis in decurionibus, placuit consuli principem debere. d. l. qui eadem, §. fin. & l. diuis fratros, 27. §. 1. de pen. P. l. 2. §. 1. de bonis cor. & c. cum siml. Homicida, inquit lex, l. 3. de episc. audien. C. quod fecit expectet, nemp. mortem. Sic ex nouella Cæsar's Porphyrogeneræ, cuius meminit Harmeopulus, lib. 6. ca. 6. etiam qui in dignitate constituti sunt, homicide capite puniuntur, si per insidias, conuersiones, mollitiones fraudulenter, fecerint homicidia: si quidem reatus hic, omnem dignitatem elidit. l. 1. ubi Senat. vel clar. Vlpianus Scopelismi crimen, in Arabia morte puniri tradit: quia & illud crimen morte minatur. in l. saculari, 7. §. sunt quedam, de extraord. crimin. P. Gallus Cæsar Occidentis, Constantinum Orientis co sorem Imperii, falsis illecebris ad se reuocatum, capite plecti iussit, quod plerosque Antiochiæ, incitante vxore, ut ipse se defendebat Constantina, iugulasset, ut auætor est Alianus, lib. 14. de var. histor.

11 ¶ Callistratus etiam poenam ad ditignis, Calli. l. capitalium, 28. §. igni, de pen. P. Iyni, inquit, cremantur plerumque ferui, qui saluti dominorum insidias fuerint: Nonnunquam etiam liberi plebes, & homines persone. Langobardis, & si homicidii pecuniariae sint multæ, tamen si quis dominum occideret, occidi iubetur. l. 2. de homicid. lib. hominum, lib. 1. leg. Langobard. Iuriconsultus

etiam periculo capitis custodiam dominis feruos præstare, ab alienis iuber. l. 1. de Senat. Syllan. P. Et apud eundem Iuriconsultum, d. l. capitalium, §. famosus, famosus latrones, nemp. qui vias obsident, quive, ut ait Horatius, ut iugulent homines surgunt de nocte, furca figendos compluribus placuit: ut & conspecta deterrere alii ab iisdem criminibus, & solatio sic cognatis & affinibus interemtorum eodem loco poena reddita, quo latrones homicidia fecissent. Nonnulli etiam hos ad bestias damnarunt.

¶ Faciunt et insidias, quibus moluntur aliorum necem, ut latrones ille grauius & exemplari poena puniantur. Nefas enim visum est hominem homini insidiari, cum inter hos cognationem quandam natura constituerit, ut scribit Florentinus Iuriconsultus, l. 3. de insid. Et iure, P. Crimen ita graue latronum & pastorum extlimarunt Diocletianus & Maximianus, ut sæculatim possit repeti, etiam ab absolute antea secuta: sic enim interpretor, omnia interpretum diuersa sententia, illorum sanctionem ea de re stabilitam. l. si quis homicidii, 11. de accusat. lib. 9. C. tit. 21. In qua crimen pastorum Accusatus arbitrat, homicidium dicit a Caino, qui primus parricida fuit. Genes. 4. Quod non probatis enim non pastor, sed agricola fuit, & innocens occisus fuit pastor Abel. d. l. cap. 4. Genes. Arbitror autem crimen pastorum esse, societatem habere cum latronibus: sicuti habebant pastores tunc, qui in locis desertis armenta pascabant, ut hodie & plerumque qui in inuis montibus degunt, & pascuis montanis agunt Cuius rei fidem facient Honorius & Theodosius, qui inhibent dari filios nutriendos pastoribus, alioquin societatem latronum videri consiteri, rusticanis tamen dari posse. l. unica no pastoribus dem. filii nutri. lib. 9. C. tit. 31.

¶ Puniantur etiam leges non tantum latrones & homicidas, sed etiam eos, qui eis opem ferunt, vel celant. l. 1. & 2. de his qui latron. & alio. crimin. reos occult. lib. 9. C. tit. 39. l. 1. de recept. in P. c. sicut dignum, ca. 6. §. hi quoque, & §. fin. de homicid. ap. Greger. Sunt pariter, qui consilium præbuit, qui factum, & qui præcepit fieri homicidium, homicidæ, ca. si quis viduam, 50. dist. vide glo. in d. cap. sicut dignum, in §. si in ver. consilium. Fuit & lex Athenis, teste Demosthene & Suida. Demost. contra Aristocrat. Suidas in verb. ἀποβολή, ut si Atheniensis homo extra Atticam occisus fuisset, & ii, apud quos cædes perpetrata erat, facinoris suspectum non debebant, permillum esset tres illius ciuitatis viros ciues Athenas perducere, cædis poenas daturus. Theodericus Elsiarius princeps Flandriæ, pfecturus Hierosolymā, anno 1538. conuentu habito cum proceribus Flādie, sic pacis leges sancit. Homicidii extremo supplicio: vulnera, talione, aut honorum commissione, aut duello puniuntur. Latrones furesque nocturni vbique inueniantur, a tota vicinia occiduntur: hos qui persequi de nocte detrectasset, sexaginta solidos mulctator, teste Jacob. Meiero, lib. 5. annal. Fland. Molcouitæ quoque strenue iustitiam exercent in prædones, quibus comprehensis, calcanea primam frangere: dehinc in biduum aut triduum vsque dum intumescant quiescere: post facta iam ac intumefacta rursus motare iubent. Nec alio genere torquentur, & flagitiosos ad confitenda latrocinia socioque sceleris indicandos vtuntur, ut narrat Sigismundus L. ber Baro, in comment. rerum Moscou. Honorius & Theodosius, l. prouinciarum. 9. de feris. C. tolli citius quam fieri poterit latrones statuunt, potissimum Isauros: nec obseruandum in illis torquendis & inquirendis etiam sacrosanctum paschalis diem, quia salus multorum ex eorum poena pendeat. Isauri erant ex Isauria Asiæ prouincia, iuxta Ciciham & Taurum montem, vbi pyratum munitiones deletæ, postea subacta Isauria, a Seruilio Isauro, teste Strabone, lib. 12.

¶ Statuit et Deus, Numero. 35. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur, & c. Rursum. Exod. cap. 21. Deuteron. 19. Leuit. 24. Qui percusserit hominem volens occidere, morte morietur: qui autem non est insidians, sed illum Deus traduxit in manus eius, constinam locum in quem fugere debeat. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euillus illum, ut morietur.

¶ Hoc et ipsum apud Summos Pontifices sancitum, e. 1. de homicidio, lib. 5. Decret. tit. 12. Potissimum si proditorie fiat. Homicidas voluntarios morte seuissima iudices in Gallia puniunt, vtque & apud Germanos membratim cruce supinos discerpunt, vel malleis tundunt, primūque forcipibus candentibus, pungi, & trahi per vrbem & oppida ad supplicium iubent, ut exemplo aliis sint. Ceteros, ita vel impetu necantes gladio simpliciter feriunt lethali: &

ita sancitum a Carolo V. Maximiliano, in *constit. causa. crimin. artis. 137.* ¶ Erat ¶ aliquando tempore Innocentii I V. Sum. Pont. & postea quoddam genus Perfurum, qui impietatis cum essent Mahometicæ, coniurabant in necem Christianorum, se consecuturos vitam æternam sibi persuadentes, si quendam sustulissent: idcirco mirifice idiomatica Christianorum edocuit, proditorie se illis inferebant, & proceres quoque, dum nemo suspicaretur, trucidabant: neque ob id scelus, sua sententia præclarum mori tristabantur, quinimo gaudebant: dicti Assassini a Paulo Amylio, & Artacida: *libr. 5. de gest. Franco. in Ludoni. Iunia. Et lib. 7. in D. Ludon. vita. Polyd. Vergil. lib. 16. histo. Angli.* quod is, qui illius factio- nis princeps ab illis deligebatur, Artacidas dicebatur. Idque, vt ar- bitror, Parthorum more, qui suos reges vocabant Artacidas, vt Ægyptii partim Ptolomæos, & ante Pharaones: Latini Murianos: Albani Syluios: Romani Imperatores & Cæsares. Meminit Cornelius Tacitus, *lib. 2. annal.* Artacidarum gentis: Parthos signifi- cans seu exules Scythas. Nam vt ex aliis & Dione. *lib. 40.* constat exules Scythæ primum innotere sub Artace, Scythia quidem ignobili sed strenuissimo: qui exsulum collecta manu, regnum sibi virtute bellica constituit: a quo Parthiæ provincia dicta Artaci- da: & qui ab eo genus duxerunt hereditario regno potiti Artaci- da: dicti fuerunt. Hos assassinos concilium Lugdunense excom- municauit anathemate, & eos, qui illis opem ferrent, vel domi recipere, c. 1. *de homic. in 6.* dignosque horum socios & fauto- res, depositione ab omni officio, gradu, ordine, & honore eccle- siastico, statuit.

17 ¶ Quæ ¶ partum sibi, vel alteri mulieri abegerit dolo malo: si is animatus fuerit, capitali sententia vt homicida puniti debet, vel si mortua mulier fuerit. *Paul. l. si quis aliquid, 38. §. qui abortiois. Et idem statuit in concil. Constant. in Trullo, in l. Ciceron. 39. de pœn. P. l. pen. ad leg. Corn. de sicar. C. ca. Moyses, c. sicut semina, 32. q. 2.* Quod si inanimato partu, abegerit abortum, non quidem vitio lap- plicio, sed temporali exilio plectendam placuit. *d. d. Ciceron. §. si. si mulierem, 8. ad l. Cor. de sic. in P. l. diuus, 4. de extraor. crimi. P. Sed & si mulier, p. priis viscerib. vim venentiaue intulerit, quo abortus fieret vitiosus vero clausus, in legem Pompeianam de partici- diis incidit, quia filium occidit, l. 1. ad leg. Pom. de parricid. ca. sicut ex literarum, c. 20. de homic. ap. Gregor. c. consultus, 2. q. 4. si inani- matus, non vtique, ca. quod vero, 32. q. 2.*

18 ¶ Idemque ¶ statuen- dum, si poculo factum sit, vt immature factus educeretur. Quale scribit Ammianus Marcellinus. *lib. 16.* Eusebiam Constantii Cæsaris vxorem, porrexisse læpe Helenæ Lu- liani Conçælati vxori, quotiescuque ea conceperit. Factus ani- matus non dicitur, priusquam embrio perfecta corporis deli- neatione consistat. *d. c. Moyses, 32. c. 2.* Secundum Hippocratem, seu Thephallum vel Herophilum, *lib. de nutricia. u. distave,* quique & triginta soles partum formant, septuaginta mouent, decem & ducenti perficiunt: alii, quique & quadraginta ad formam, sex & septuaginta ad motum, decem & ducenti ad exitum: alii, quin- quaginta ad formam, ad primum saltum centum, ad perfectionem trecenti: alii, ad discrecionem quadraginta, ad transmutationem octoginta, ad excisionem quadraginta & ducenti. Si recte placuit apud Wisigothos, *l. 1. de excutient. homin. partus, lib. 6. C. Wisigot. titu. 3.* Qui mulieri pregnantis poculum dederit ad necandum infan- tem, vel ad faciendum aorsum, occidatur. *Mulier qua aorsum facere requisit, si ancilla est, ducenta flagella suscipiat: si ingenua, careat dignitate persone. Et cui iusserimus seruitura tradatur.*

19 ¶ De ¶ muliere, quæ propter inimicitias, quas cum marito habet, de industria abortando, neque, in vitæ lucem factum produ- cendo, seminis ipsius fructum perimit, duæ existant leges nouella- rum Iustitiani, quarum vna repudiare eam marito iniuria affecto permittit, §. *senim, nouella 22.* altera, non permittit. §. *quia vero, nouell. 117.* Leo Imperator, in *constit. 31. Leon. xxi. τὸ τὸν ἀρπαζο- εἶς τὰς τὴν ἁυτῆς γυναῖκα, &c.* primam probat: postrema vt ma- gis Christianismo accedens, quo matrimonium indissolubile, rece- ptior, cum licet aliis legibus detectum facinus tollere. ¶ Hic ¶ certe existimo similitudine rationis plectendas mulieres & viros, qui arte aliqua præcauent, ne ex marito concipiant: voluptatis ex- plendæ causa, semen admissum ex industria reiciendo, vt norunt meretrices, & perniciosa viri. Sic enim viam generationis ex ma- litia intercidiunt, & quodammodo homicidium nasciturorum ad- mittunt, digni morte: vt existat iudicium diuinum de Onarno filio Iudæ, *Genes. c. 38.* qui necatus a Deo, quod iussus ex lege suscitare semen fratris sui Her, & vxorem eius ducere, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur: rem detestabilem

operatus. Dicunt & Hebræi, *glo. ordin. in d. c. 38. Genes. vide que diximus in personis, de Eunuchis.* Her quoque occitum a Deo, quod libidinis erga vxorem Thamar se haberet, & caueret ne impreg- naretur. In concilio Wormacensi cautum quoque, c. *si aliquis, c. 5. de homic.* vt qui explendæ libidinis causa, vel odii, homini aut mulieri quippiam fecerit, vel potu propinquaret, vt non possit ge- nerare, vel concipere, vel nasci soboles, vt homicida puniretur. ¶ In ¶ legibus Salicis, *tit. 28. de homicid. §. 4.* illa. *Qui gravidam, et ingenuam verberauerit, et illa mortua fuerit, culpabilis iudicatur 28000. denariorum, qui faciunt 700. solidos. Et §. 5. eod. tit. Qui in- fantem in utero matris occiderit, 8000. denariorum, qui faciunt soli- dos 200.* In legibus Wisigothorum, *l. 2. de excutient. hominum. partus, lib. 6. C. Wisigot. tit. 3.* mulierem gravidam necans, mori- tur: si formatum infantem excussit 205. solidos reddit: si infor- mem, centum, si ingenuum ingenuæ sit delinquens: nam in ser- uis flagellorum ictibus abortus vindicatur. *l. 3. 4. 5. §. 6. eod.* Apud Moysem autem, *Exod. c. 21. lex hæc: Strixit si fuerint viri, et per- cussit quis mulierem pregnantem, et abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus eius experierit, et arbitri iudicauerint: si autem mors fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, &c.*

¶ Exstat ¶ Henrici secundi Regis Galliarum constitutio, *con- stit. sur la fait de femmes grosses. anno 1556. mense Februarii.* vt ob- uiam eatur abortibus & malitiis mulierum intermictium partus: qua mulier, quæ celauerit se fuisse prægnantem vel peperisse, nec publice baptizandum, vel sepeliendum partum exhiberit, rea habeatur homicidii, seu parricidii.

¶ Et ¶ quia in lege Cornelia nihil interest per se quis occiderit, an mortis causam dolo dederit. *Vlpian. l. nihil interest, 15. ad leg. Corn. de sicar. P. c. de cetero. c. 11. de homici. apud Gregor. ideo qui iussit aliquem occidi, tenetur. Ita si iusserit tantum verberari, non mutari vel occidi, & qui verberandi mandatum exceperit, occide- rit, de homicidio tenetur. c. fin. eo. in 6. lib. 5. tit. 4. simul cum eo qui occiderit: quia qui occasionem damni datur, damnum dedisse vide- tur. Paul. l. qui occiderit, §. in hac, ad leg. Aquil. Quamuis poena non eadem sit potissimum, quando agitur de seruis occisis, *litem. si obstruxit, 9. eod.* quorum vita & corpora accipiebant æstimatio- nem, & vite redemptionem: cum tamen homo liber inestimabilis sit iure ciuili. *l. 1. §. sed cum homo, de iis qui deiecer. vel effuder. Necis membrorum suorum dominus sit, & ideo non directa, sed vtili vtatur actione legis Aquilæ. l. liber homo, 1. ad legem A- quil. in P.**

¶ Ex ¶ lege Draconis olim sicarii & cædis auctores, patria & fi- nibus fiebant extorres. *Demosthen. contra Aristocrata.* Erat & Athe- niensium lex, *Homicidas licet occidere in nostro territorio, et in carcerem ducere: excruciare, aut pecuniam extorquere non licet, aliquis duplum damni dati dandum. Idem in Lepidem.* ¶ Moris ¶ & antiqui sui, si quem per insidias occidissent, ac eadem expia- tura essent, extrema cadaueris, & torquem ex illis particulis con- sectum de collo suspendereat, vt ait Suidas in verbo *επιματῖας,* Et interpretes Apollonii Rhodii, *οἱ δολοφόνους ἀρχαίως, ἀπὸ τῆς ἐπιμα- τῖας πινὰ ἐπὶ τὸ ἀναρτήσαν, ἢ τὴν ταλαβόντες ἐξήσαν τὸ τελεῖν αὐτῶν ἐπειτα τὸ ἀματῖας ἀπὸ λαβόντες: τῆς εἰς τὸ σῆμα ἐπίσων.* Exle- ge Dei, *Deuter. 21.* si inuentum fuisset homicidium, & auctor ce- dis ignorabatur, maiores ciuitatis illius, quæ proximior erat ca- daueri reperto, expiabant scelus sacrificata vitula iurantes se non effudisse sanguinem, nec vidisse occidere, rogantes Deum, vt propitius esset populo suo Israeli, nec reputaret sanguinem innocen- tem in medio populi.

De Castratione. Cap. 16.

- 1 Castrare se, vel alium sponte vel inuitum prohibetur poena capitali. Et num. 4. Spadonum nomen quid contineat. Et Thlibia qui eod.
- 2 Castrantes se ipsos clericis ne sint.
- 3 Circumciso nunc quibus concessa.
- 4 Poena Eunuchos faciendum.

V Erat ¶ lex Cornelia quoque, ne quis seruum liberumve inul- tum, sinentemve castrat, ne quis sponte se castrandum præ- beat: est & medico, qui hoc fecerit, & sponte castrato, capitalis imposita poena. *Paul. l. 4. §. si. ad l. Cor. de sicar. Venule. l. si quis seruum, 6. eo. tradit & dominus, qui seruum suum castratum tradiderit, dimidia parte bonorum multandus. Quod Paul. l. si quis, 5. eo. prolat ad il- los, qui Thlibias faciunt. Nam & Vlp. spadonum nomen & ad eos, qui na-*

qui natura tales sunt, & ad Thilbias & Thlasia, & ad alia genera spadonum pertinere ait, *Vlp. in l. spadonum, 128. de verb. signific.* sunt autem huiusmodi, cuius testiculi sunt collisi vel contracti. Quare qui hoc ipsum procurant, homicidæ censentur: prohibent enim, ne possint homines generare, & ita generandi naturam iugulant. *¶ Tuber ¶ Nicæna Synodus 1. can. 1. qui seipsum incidit nulla necessitate morbi adactus, inter clericos ne recipiatur. Et apostolica Synodus, in can. apostolorum, ca. 21. & 22. ca. si quis absciderit, §. 5. dist. 1. apud Gratian. ne is, qui sibi vitula amputavit, fiat clericus: quia sui homicida. Plura de Eunuchis & castratis iam diximus in tomo istius operis 2. c. 2. Ideo de eis nihil ultra adiciam. Statuit porro lex Ripuario, in legib. Ripuarie, tit. 6. §. 1. si quis ingenuus ingenuū castraverit, 200. solidis culpabilis iudicetur: aut si negaverit, cum 12. iuret. ¶ Circumcidere ¶ Iudæis tantum permittitur suæ religionis pueros, aliis aliove ex pœna legis eunuchos castigant, prohibitum, e. *Modest. in l. circumcidere, 11. ad leg. Corn. de sicar. Honorius & Theodosius, l. Iudæi, 15. de Iudæis, libr. 1. C. statuerunt, etiam Iudæos & bonorum proscriptione & perpetuo exilio damnandos, quos constitisset Christianum circumcidisse, vel mandasse circumcidi. Permissum autem homines suæ religionis circumcidere, quia hos partebantur Christiani cum sua lege vivere, l. 1. 2. & l. nullus, eod. libere: sicut & adhuc alicubi. ¶ Ex ¶ constitutione novella Iustiniani, qui eunuchos faciunt, & castrati aut sunt, vel præsumunt, si viri sunt, si dem quod aliis fecerunt patiuntur, & si incolumes evaserint, bona eorum adducuntur fisco, & ipsi mittuntur in gypsum in perpetuum vitæ tempus. Si mulieres, afficiuntur supplicio, si viri sunt, si dem quod aliis fecerunt patiuntur, & si incolumes evaserint, bona eorum adducuntur fisco, & ipsi mittuntur in gypsum in perpetuum vitæ tempus. Si mulieres, afficiuntur supplicio, si viri sunt, si dem quod aliis fecerunt patiuntur, & si incolumes evaserint, bona eorum adducuntur fisco, & ipsi mittuntur in gypsum in perpetuum vitæ tempus. Si mulieres, afficiuntur supplicio, si viri sunt, si dem quod aliis fecerunt patiuntur, & si incolumes evaserint, bona eorum adducuntur fisco, & ipsi mittuntur in gypsum in perpetuum vitæ tempus.**

fragram vagantem capere, & vinculis ad opera constringere, ut ex Tranquillo in *Augusto*, constat. ¶ Qui ¶ operam dederit, vel falsum fieret iudicium, quo morte damnaretur reus, tenetur hac quoque lege, l. 1. ad l. Corn. de sic. in P. quia mortis causam dedit. ¶ Iure ¶ pontificio, quia ecclesia neminem sententia mortis puniat, e. in archiepiscopatu, de rapior. c. clericis, c. 5. & c. sententiam, cap. 9. ne cler. vel mon. lib. 3. Decret. tit. 50. mitior videtur homicidarum pœna: & proinde in foro pœnitentiæ, homicidæ episcopo imponitur pœnitentia 15. annorum, & depositio, & peregrinatio: presbytero, depositio, & 12. annorum pœnitentia, quorum tribus pane & aqua cibandus: diacono, decem, in hibita ad altiorum gradum promotione, c. si quis homicidam, 50. dist. In laicis, pœnitentia lepre annorum, c. si qua femina, ead. dist. Et si quis occasione accusationis, necis alicuius causâ fuerit, quadraginta diebus, pane & aqua tantum reficiendus: postea, per septem annos pœnitere mandatur, e. accusasti, de accusation. ¶ In ¶ foro contentioso, ecclesiastica iurisdicção solet in maioribus criminibus reos clericos deponere, & suspendere a sacrorum ordinum & ministerii sacrosancti altaris tractatione, ca. at si clericis, ca. 4. §. si vero de ind. lib. 2. Decret. tit. 1. quod & in homicidio statutum, ca. cum non ab homine, de ind. c. inquisitionis, de accus. ¶ Ex ¶ constitutione ¶ Constantini Porphyrogenetæ, in 1. lib. sur. Orient. & const. Const. Porphy. tit. πειρ τὸν ἐκκοιτῆρα φονεῖσθαι, canonica lege mitius agendo punitur etiam voluntarius homicida, exilio perpetuo a loco, in quo homicidium perpetratum fuerit, ut minuatur proximorum occisi dolor, aut monastica vita, cum bonorum ademptione, & post ecclesiasticam censuram. Verum bona non fisco adducuntur, sed illa primæ uxori de functi pro dote & donatione propter nuptias, item & liberis eius triens datur. Habent & filii homicidæ quoque trientem, & monasterium, si quod ingrediatur.

De Veneficiis. Cap. 18.

- 1 Veneficia ad legem Corneliam de sicariis pertinent. Venenum bonum, & malum quid.
- 2 Venenum non licet nec emere, nec vendere, nec habere impune, quibus.
- 3 Venenorum compositiones docentes reprobat. Et num. 4.
- 5 Veneficorum ratio quando primum Roma cepit haberi.
- 6 Veneficorum ultimum supplicium est.
- 7 Veneficia, quæ maritis parauerant, venenum a consanguineis iudicio senatus necata.
- 8 Veneficia necata a Galba Casare.
- 9 Acubus venenarii plures necari, & auctores damnari.
- 10 Tutor veneno occidens pupillum cruci affixus.
- 11 Veneficorum puniendorum Platonis lex, & aliorum. Et num. 12. 13. & 14.
- 15 Annulis antiqui venenum ferebant, quo quando voluissent, possent mori. Et venenum quare Plinius laudavit.
- 16 Venenum presertaneum basilisci, & quomodo curetur.
- 17 Venenum parans ut exhibeat, si non effectu occiderit, num morte puniendus, & seq.
- 18 Veneficii reatus morte non exstinguitur rei. Et parricidii quis reneatur.
- 19 Veneficorum Wisigothorum lex, & pœne.

Lex ¶ Cornelia quoque de sicariis ad veneficia pertinet, §. item 1 lex Corn. de publ. ind. l. 1. ad leg. Corn. de sicar. l. prator edixit, 7. §. si dicatur homo, de iniu. P. & pœna eadem corriguntur. Venenum enim malum non nisi dolose propinari potest animo occidendi. Malum venenum dicunt Iuriconsulti, quia & bonum sit venenum, l. qui venenum, 236. de verb. signific. l. 3. §. 1. ad l. Corn. de sicar. Gell. lib. 12. ca. 19. Vocatur namque venenum, quod pharmacum Græcis dicitur: quod & bonum & malum potest esse. Sic enim scribit Hom. *Odyss. 5.*

φάρμακον ποικίλον ἔσθλα μεμυμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ.
Id est,

Pharmaca quidem multa bona mixta sunt, multa & amara. 2 ¶ Marcellus ¶ l. 3. cap. 5. legis Corn. de sicariis & veneficiis teneri tradit, Qui malum venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit. Sic & Caius l. quod sepe, 35. §. 1. de contrahen. emt. in P. docet, Non licere habere, vel vendere, nec emere medicamenta androphona, non δυνάσθημα, vel deleteria, si per alterius materie adiectionem, v. sui esse nō possint salubri. Nam mixtione possunt salubria fieri, vel antidoto esse, Plin. lib. 20. c. 13. & lib. 24. c. 17. & lib. 25. c. 4.

De causis aliis ad Corneliam legem de Sicariis pertinentibus. Cap. 17.

- 1 Seruos propria auctoritate ad bestias dare interdicitum, & potestas necis adempta.
- 2 Occidere reos maleficii propria auctoritate non licet. Milites necantes quando rei homicidii, eod.
- 3 Naufragum capiens & constringens Cornelia de Sicariis plectitur.
- 4 Moris iudicium procurans, homicida.
- 5 Homicidarum damnatio & penitentia in foro pœnitentiæ, & in foro contentioso ecclesiastico. Et num. 6. & 7.
- 7 Monasterium in panam.

Tenetur ¶ quoque lege Cornelia de sicariis, qui seruum sine iudice ad bestias dederit, vendiderit, emeritve eius rei causa. *Modest. in l. circumcidere, §. 1. ad leg. Corn. de sicar.* Nam lege Petronia & Senatusconsultis, ea potestas dominis adempta est, ne seruos ad pugnandum contra bestias darent domini arbitrio suo, sine iudicis sententia, d. l. circumcidere, §. fin. Martianus ita dominos ea lege, ut cum bestis depugnent, seruos vendere non posse, respondit, l. domini, 4. 2. de contrah. emt. P. Cohibita enim illa potestas, antiquitus necis & vitæ in seruos dominis data, neve supra modum etiam in seruos liceret saevire, l. 2. de iis qui sunt sui vel alieni iur. in §. 1. eod. apud Iustinia. statutum. ¶ Ille ¶ homicida etiam censetur, qui maleficum seu alterius criminis reum, propria auctoritate occiderit, nullam publicam habens potestatem, ca. qui cumque permittit, 23. q. fin. ca. ille gladium, 23. q. 4. hoc examinat Boerius in q. 83. num. 3. vel iustum eorum, qui habent gladii potestatem. Illi autem, qui hanc habent, vel exercere iussi sunt, ut milites, qui auctoritate ea vel hostes repellunt, vel ab iis supplicia repetunt, homicidæ non dicuntur, nec pœna sicariorum tenentur, c. de occidendis, & c. si non licet, 21. q. 5. ca. miles, eod. dum modo id exsequantur, non ratione propriæ vindictæ, vel sponte de nece aliorum gaudentes, sed ut obediât superioribus, vel ut iustam causam, quam inesse iuventibus arbitrantur, defendant. Alioquin enim, si tantum sponte sua dignos etiam morte occidant, rei sunt homicidii, c. cum minister, 23. q. 5. ¶ Qui ¶ naufragum suppresserit (sic enim legendum cum Budæo, non naufragum) legis Cornelie reus est, l. 3. §. pen. ad l. Cor. de sic. Solebant enim ut pyrææ, nau-

Et tunc quoque nec omnibus licet ea vel emere, vel habere, sed illis tantum, quibus fide publica iurato ratum permittitur, pharmacopolis nempe, & qui temperare nouerint, & usum. Si quidem & quæ imprudens bono sine nec malo animo, veluti ad conciliandam concipiendi potestatem, venenum dederit, & mulier eo mortua fuerit, alias Senatusconsulto relegata est, ob malum exemplum, l. 3. §. adiecit, versio. sed ex senatusconsulto, ad leg. Aquil. in P. Et pigmentarii si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, buprestim, pythocampas, mandragoram, aut vlcera menti causa dederint cantharides, poena tenentur legis Corneliae, d. l. 3. §. alio senatusconsulto, ad leg. Cor. de sicar. P. ¶ Reprehendit ¶ Galenus lib. 2. de antidot. tomo 3. Orpheum Theologum cognomine Horum, Mendosum, Heliodorum, Athenienses, Aratum, & alios, qui de compositione venenorum ausi sunt libros componere: existimans munus improbi hominis esse, hoc docere, & veluti improbos instruere & satis pronos ad malum ducentes. Additque, eodem auctores veritos, ne ob id publice punirentur, ab exordio suorum librorum, lectionibus suaderent conatos, se neque perditis moribus esse, nec huiusmodi lethalia perficere, sed docuisse vitare. ¶ Narratque ¶ idem Galenus, idem libello de purg. medic. facult. quendam veneficum herbarium, cum aliquando iecur suillum deferret in suburbanum, in Thracibus Bythiniam incolentibus virgine ventre super herba quadam iecur deposuisse, quod aliquanto post cum sustulisset, & vidisset ex vniuerso lecinore sanguineos ritulos ad herbam confluere, ex hoc coniectura facta, sanguinem corpori detrahi posse putauit, quod expertus, multos exanimabat: de quo delatus ante populi magistratum, falsus est, se tamen nemini herbam demonstrasse professus, eam autem plurimam in his locis nasci damnatus tandem, vinculis oculis ad supplicium duci a magistratu iussus est, ne cui inter eundem herbam indicaret. ¶ Annotauit ¶ Liuus in 8. de veneficiis quaestione Romæ primum habitam anno 423. ab vrbe condita, cum similibus morbis, omnesque eodem euentu primores ciuitatis morerentur: compertumque fuisse matronas Romanas, infano quodam consilio, venenata quædam medicameta coxisse, & damnatas centum sexaginta duas. Decreta deinceps & provincia urbana inquirendi de veneficiis, qualem sortitus Q. Mutius in vrbe, & propius vrbe decem millia passuum, idem lib. 10. decad. 4. ¶ Lege ¶ Cornelia de sicariis, veneficiis vltimum supplicium propona impositum: potissimum si mors secuta fuerit, §. item lex Corn. de publ. iud. si quis aliquid, §. qui abortiois, de poen. in P. Nam & ea lege de sicariis tenetur, qui occidendi causa venenum dederit, l. 1. §. 1. ad leg. Corn. de sicar. Vtque plus est veneno, quam gladio occidere, l. 1. de male. & mathem. C. poena & maiore d. gni huius rei: nam & duplex crimen, & homicidium, & veneficium. Et fieri potest, vt ait Philo Iudæus lib. de specialib. legib. contra mæchos & libidiniosos, vt inconsulto repentino impetu perciti scelus admittant, qui hasta, fuste, faxo vel alio telo interierunt, vt videatur dimidiatum facinus, cui non accessit longa deliberatio: venefici autem sceleratissimi, polluti mente & manibus, per otium & in secessu dant operam malis damnatique artibus, captantes occasiones calamitatum inferendarum. Et refert, inquit Vlpianus in l. absentem, §. 5. si de poen. P. in maioribus delictis, consulto aliquid admittatur, an casu: & distinctio hac aut instam poenam eligere debet, aut temperamentum admittere. Subiicit & Philo proditorem & infidias in hoc crimine, seueriori animaduersione dignas. Qui propalam, inquit, & cominus aggrediuntur, vicunque caneri possunt: occulta autem infidia & veneficia, non animaduertuntur facile. Vnde lex Dei maleficam, veneficamve non patitur vel viuere vnum diem, sed statim ad supplicium deducit, & iure quoque clam delinquentes grauius, vt sceleriores, puniuntur, l. fin. de vii nupt. in P. non intelligitur, §. si quis palam, de iure fisci. Sic & crimen occultum est veneficium, l. cum fratrem, de iis quibus vt indign. & ibi Bald. in 1. not. quod habet proditorem, vt Baldus notat in l. nemo, in 2. colum. vers. simile est de veneficio, de sum. trin. ¶ Florus scribit, ¶ lib. 42. Epit. Liuus de veneficiis sub M. Aemilio principe Senatus quaesitum fuisse, & Publiam & Liciniam nobiles feminas, quæ vitos suos necasse insimulabantur, cognita causa, cum prator prædes vadesque dedissent, cognatorum decreto necatas fuisse. ¶ Galba ¶ Cæsar morte plures veneficas affectit, cum Locusta famosa, quæ in medicabile venenum præbuerat Agrippinæ, quo intra boletum condito, maritum Cæsarem Claudium necauit, vt auctor Dion Cassius lib. 60. & Xiphil. ex Dion. in Galba, & alii. ¶ Refert & Xiphilinus in Dom. tempore Domitiani, cepisse nonnullos, qui acibus oblitis veneno quos collibitum esse pungebant, quorum multi nec sentientes quidem moriebantur: ex quibus multi cum delati fuissent, vltimo supplicio affecti sunt, idque non solum Romæ, sed etiam per totum orbem terrarum factum esse. Et rursum id ipsum sub Commodo Cæsare factitatum, idem in Commodo. ¶ Idemque ¶ Galba Imperator tutorem, quod pupillum, cui substitutus erat, veneno necasset, quamuis ciuem Romanum, cruce affectit, Suetonius in Galba, cap. 9. ¶ Lex ¶ apud Platonem 12. de legibus, sic concepta Qui non ad mortem biominis, sed pecorum aut exanimum veneno vitur, siue etiam vt aliter, quam morte bestis noceat, si medicus sit, & venefici reu fuerit, in dicitu morte supplicium luat: si vero medicina ignarus, in dicitu, quid pati dare ve ipsum oportet statuatur. ¶ In ¶ Perlide, Alexan. ab Alexandro lib. 3. genial. diar. cap. 5. ex Plutar. in vita Artaxerx. venefici poena, vt in amplo lapide caput impingerent: rursum que alio super induo effringerent. ¶ Non ¶ referam hic leges Langobardorum, quandoquidem ille non morte, sed pecunia veneficia componebant, in leg. Lang. lib. 1. rit. de consilio mortis, l. 1. 2. & 3. liciti & cædes. Ex Caroli quinti Maximiliani Imperatoris constitutione, veneficus exurit, in constit. Car. V. de causis capit. art. 109. ¶ Philo ¶ Iudæus in specialibus legibus, poenam veneficorum eos quoque pati tradit, qui non leth. fera venena conficiunt, sed longos morbos & tabem inferentia. ¶ Ego ¶ autem maiore hos poena dignos puto veneficos, qui statim deleterio medicamento occidunt: moriendi qualitate considerata, quæ eo apertior, quo diutius ante exitum animæ, angit mortituum. Et in hoc, quod temperent venena, quæ morbo tabem perederent vitæ inducant, periculosissime veneno malum pedent: nam & in eo laudatur venenum a Plinio lib. 2. c. 63, quod mors citra in de veniat. Quin & inquit, venena, nostri miseram terram inuisitasse credi potest, ne in radio vita dire famis mors terra meritis altissima, lenta nos consumeret tabe, ne lacerum corpus abrupta dissoluerent, ne laquei torqueret poena præpostera, in cluso spiritu cui quæretur exitus: ne in profundo quæ sita morte sepultura pabulo ferret, ne ferri cruciatibus scinderet corpus. Ita est miserta, genuit id, cuius facilis hauritus, illibato corpore, & cum toto sanguine exstingueretur, nullo labore sitientibus similis, &c. Tradit & alibi idem lib. 3. c. 1. aliquos per lib gemmis in annulis venena eludere, sicut Demofthenem summum oratorem Græciæ, annulosque mortis gratia habere. ¶ Dion ¶ Cassius lib. 31. histor. scribit, Cleopatram seipsum interemisse, ictu basilisci serpentis, vel inquit, secundum alios, acu, qua capitis crines ornat: qua venenata se interemit, vt absque dolore moreretur. Præsentissimum namque venenum est aspidis & basilisci, vt ait Claudius Aelianus lib. 2. de natur. animal. c. 6. quo etiam si baculus morsus fuerit, dominus baculi moritur: curatur tamen, vel exfectione, vel vitione mori membri. ¶ Sed ¶ quæstio vllis hinc oritur aliquibus, num ei, qui venenum parauit necandi causa, si aliquo modo effectum non potuit sortiri voluntas, poena imponenda mortis sit, Et putarem, & hos reos mortis esse: quia voluntas in hoc crimine perpenditur potius quam effectus, l. diuus, 1. 4. ad leg. Cor. de sicar. in P. cum similib. l. verum, & l. qui iniuria, de iniur. in P. Nec valde dissimilis est casus eius, qui cum telo occidendi causa ambulat, l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de sicar. ab eo, qui venenum occidendi causa propinat. Et in criminibus grauioribus, voluntas morte vindicatur, si ea ad aliquem actum peruenierit, l. si quis non dicam, de episco. & cler. C. l. 1. C. de rap. l. presenti, de iis qui ad re. clef. confug. Inter grauiora autem hoc est. ¶ Cum ¶ enim crimina etiam capitalia morte præscribantur reorum, l. de fun. l. eo, de public. iudic. in P. l. libellorum, §. fin. de accusat. P. l. 1. & 2. si reus vel accus. mor. fuer. tamen hunc venefici reatum morte non extingui placuit, l. Lucius, de iure fisci. Et quanquam non fuerit perfectum crimen, quod pertinet ad eum, cui mors præparata fuit: tamen verum est eum, qui præparauerit, præparasse, nec per eum stetit, sed per aliud quodammodo fatum, quod non debet reo prodesse, l. nihil interest, ad legem Iul. de adult. in P. l. 2. de condit. instit. Succurrit, quod reus legis Pompeie de patriciis, l. 1. §. fin. ad leg. Pomp. de patric. & ibi Bartol. id defendit, facit l. 1. de bis qui par. aut lib. occid. is quoque est, qui venenum emit, vt patri daret, etiam si non potuerit dare, sed conatus fuerit. Proinde & qui accitior in Arabia ponebant, qui hoc scelus mortem ingredientibus prædica minabatur, mortis poenam habebat: quamuis nullus adhuc offensus fuisset, l. sacularis, §. sunt, quædam, de ex. aordin. crim. lib. Cæsares quoque Valentin. Valens & Gratian. capitali supplicio iubent, l. si quis necandi, §. ad leg. Corn. de sicar. puniri eum, qui aggressus est placulum occidendi infantem. Porrigit quoque lex Pompeia de patriciis, l. si sciens crediore, ad leg. P. de patric. P. poenam

penam ad creditorem, qui filio pecunia credidit ad veneni mali comparationem, vel ut aggressoribus vel latronibus daretur, qui patrem interficerent. In Gallia tamen ratio delicti imperfectum, et si is, qui amolitur infidias quo potuit studio, perficere conatus fuerit, equalis poena, quae perfecto debetur, vindicatur: ut alias iudicatum in graioribus criminibus, Pap. lib. 23. Rhaps. aref. art. 1. & 2. Poenam tamen aliam imponendam non negatur, imo & expedit. Et si tanta sit praemeditatio cum conatu, eandem imponendam imperfecto & attetato crimini, quam perfectum exigit, non dabitio afferere. Lex tamen Wisigothorum de beneficiis sic distinguit, l. 2. de maleficiis, lib. 6. C. Wisigothor. tit. 2. Si qui venenatam positionem alicui dederint, & qui biberit mortuus exinde fuerit: illi etiam cotinuo supplicii subditi morte turpissima sunt puniendi. Si certe poculo veneni potatus euaserit, in eius potestate tradendus est ille qui dedit, ut de eo quid facere voluerit, eius sit incunctanter arbitrii.

De incendiariis. Cap. 19.

- 1 Incendiarii dolo malo ad legem Corneliam de sicariis pertinent.
- 2 Incendium pluribus modis accidere potest.
- 3 Incendia voluntate diuina facta.
- 4 Incendia repentina.
- 5 Ignis sacer.
- 6 Ignem naturalis vis concipiente.
- 7 Malcha limus, ignita aqua accenditur, terra exsurgit.
- 8 Ardentia perpetuo loca.
- 9 Ignis sub terra amnes.
- 10 Incendium casu fortuito factum venia dignum, & quando quis de eo non teneatur.
- 11 De incendio quando non teneatur conductor.
- 12 Incendia cum culpa quomodo reparantur.
- 13 Incendiorum cura ad quos magistratus pertinebat.
- 14 Incendiarii, qui dolo malo ignem aliorum rebus subiiciunt, quae poena puniuntur.
- 15 Ex incendio rapientes, quae poena puniuntur. Item incendium cum seditione facientes.
- 16 Incendiariorum poena in foro penitentiali, & cotinuo iuris canonici, iuris civilis, & aliarum gentium. C. nu. 18. 19. 20. 21.

Incendiarii tamen ad poenam leg. Corneliae de sicariis quoque pertinent, si dolo malo incendium fecerint, Martian. in l. ad legem Cornel. de sicar. in P. Quibus tamen verbis, incendium aliter, quam dolo malo alicuius accidere & considerari posse docemur: incendium namque aut vi superiore & fortuito, aut natura rerum, aut culpa, aut dolo malo fit. De incendio ex voluntate seu permissione diuina immisso, prostant exempla sacrae paginae: ut quando rubus, de quo Dominus ad Moysen loquebatur, ardebat, neque consumebatur, Exod. c. 8. quando descendit super montem Sinai ignis, & totus mons fumabat, Exod. ca. 19. Et dum deuorauit ignis, egressus Domino, Nadab & Abiud: quod obtulissent coram Deo ignem alienum, Leuit. c. 10. Puer, inquit David, Psal. 10. super peccatores, laqueos ignis & sulphuris, & spiritus procellarum, pars calcis eorum. Et rursum Psal. 103. Qui facis angelos tuos spiritus, & minis spiritus tuos ignem venientem. Quemadmodum & dum tectae de caelo fuere septem mille ciuitates Sodomitarum, Genes. 19. Dumque ignis, qui descendit de caelo, tectas oues & pueros Iobi consumit, Job. 1. a. Et accensus ignis a Domino, deuorauit extremam partem castrorum filiorum Israel murmurantium, Num. 11. a. Et super sacrificium Eliae descendit ignis Domini & deuorauit illud, 3. Reg. 18. Sicut & de caelo descendens ignis deuorauit quinque genarios Ochofiae, 4. Reg. 1. Scribit tamen Plinius lib. 2. c. 106 in medio mari Hieram insulam Aethiam iuxta Italiam, cum ipso mari arsisse per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piauisset. Et alibi, idem lib. 2. c. 107. repentinos ignes existere, & in aquis & in corporibus etiam humanis, ut Thrasymenum lacum arsisse totum, Horumque incendiolorum repentinorum prodigia plura refert Iulius Obsequens lib. de prodig. Herodotus tamen scribit in 1. etiam, quae cumque ex Aethiensi vel pecoribus vel iumentis, vel hominibus ad locum illum accesserunt, ubi Phocenses lapidati fuerunt, continuo morbida facta, stupore atque igne correpta sacro. Ex tamen natura incendia saepe concitantur, ut in locis sulphureis & bituminosis: quaedam enim sunt, quae facile ignem concipiunt, ex quibus illa famosa corona copiosa insignis venefica, qua interit Quibon, mixta pice, bitumine Iudaico, sulphure, naphtha, oleo, resina, aliiq; rebus calidis, quibus delibata erat, quae

faculis longe positus ignem concepit, ut ait Galenus lib. 3. de temper. & lib. 1. de simpl. med. facult. Plin. lib. 2. c. 105. Aristophanes inter haec lignum oleaginum annuerat, *inquit, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἕνθε ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, ὅτι ἐστὶν ἕνθε ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, ἵδ ἐστὶ, Si enim ipsam una sola scintilla caeperit, Tanquam antiquum ramum oleagineum combur et.*

In syluis quoque ex collisione arborum possunt & incendia oriri. Sicque cecinit Lucret. 1. de rer. natura, *At saepe in magnis sit montibus, inquis, ut altis Arboribus vicina cacumina summa cerantur Inter se, validis facere id cogentibus austris, Donec fulserunt flamma fulgore coorto.*

Indeque Vitruuius primo architecturae libro, putat homines primum ignem accepisse coortum, dehinc additis lignis conseruasse. Et Thucydides, quod incendium oriri possit ex arboribus testatur, exque conflictu sua sponte inflammatis: *ἵδ ἴδ, inquit, ὅτι ἔστιν ἕνθε ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, ὅτι ἐστὶν ἕνθε ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, ἵδ ἐστὶ, Malcha tamen limus, Plin. lib. 2. c. 104. qui ex stagno vrbis Commagenis Samolatis emittitur flammans, quive aqua incenditur, terra restinguitur. Sunt tamen loca semper ardentia, exstitionemque natura terris denuntiantia, ut ait Plinius idem lib. 2. c. 106. ardet Aetna in Phaselide, mos Chimerae in Baetris, Cophanti vertex in Medis, Cestia, Susis, turris alba, campus Babyloniae, aliaque loca, quae videbis apud Plinium. Plato tamen in Phaedro. tradit sub terra ignis in gentes amnes, qui aliquando erumpunt, & incendio proximas regiones subito depopulantur. Casu tamen fortuito fit incendium aliquando, & tunc venia factum dignum est, ut ait Martianus in l. si fortuito, u. de incend. ruin. & naufr. lib. 47. P. tit. 9. Non ignoro tamen Vlpianum, sine culpa incendium fieri non posse, dixisse, si vendit, 11. de peric. & commod. rei vend. in P. Nihilominus quod pertinet ad iudicandum damnum, verum est aliquem non teneri de incendio, si alterius culpa fiat, & casum esse eius intuitu fortuitum dicit Iustinianus, si item is cui res, quibus mod. re contribuitur obiq; apud Inst. & ibi Ang. Arret. quae enim prouideri non possunt, utpote aliunde pendentia, fortuita sunt, nec alteri quam facienti imputantur, l. que fortuito, de pignor. actio. C. l. contra factus, 2. q. loca. lib. 19. P. tit. 2. Neque tamen de incendio fortuito tenetur conductor ex facto eorum, quos in domum induxerit, si culpa eius non praecessit in inducendo eos, qui negligentes apparerent: aliter enim teneretur, & ita iudicatum, Pa. lib. 22. rha. aref. tit. 11. ubi tamen falsum videtur, quod contra iuris dispositionem iudicatum dicat. Potest esse casus, & sine culpa incendium, si quis in stipulam suam vel spinam ignem immiserit, comburere eius causa, & ulterius euagatus & progressus ignis alienam fegetem vel vineam laeserit, si omnia quidem quae oportuit obseruauit, sed subita vis venti longius ignem produxit: alioquin contrarium statuitur, Paul. in l. qui occiderit, 30. §. in hac quoque, actione, ad l. Aquil. P. & in legib. Georg. Iustin. tit. 11. de incendio, l. 1. Paulus Iurifconsultus, in l. 1. §. is vero, qui vendendum accepit, de act. P. & in l. rebus is. commo. P. inter casus maiores, quibus infirmitas humana resistere non potest, annuerat quoque incendium. Et Vlpianus in l. ex conducto, 16. §. si loca. P. memorat alicui remissionem pensionis petenti propter incendium, ita rescriptum fuisse, Si praedium coluisti, propter casum incendiis repentinis, non immerito subueniendum tibi est. Aliquando tamen ex culpa seu negligentia, & tunc fortuita incendia, si cum euitari possent per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerint, ciuilitate exercentur, ut qui iactura affectus est damni, disceptet vel modice vindicetur, ut ait Callistratus in l. capitalium, 28. §. qui ob inimicitias, de poen. in P. Caiusq; subscribit in l. qui ades, 9. §. de de incend. ruin. & naufr. Er qui ignem non extinxit, vel ita non munuit ne euagaretur, culpam admittet, & tenebitur de damno dato, Vlpia. in l. si seruum seruum, 27. §. si fornicarius, & §. Proculus, ad leg. Aquil. Paulus l. 3. §. 1. de offic. praefect. vig. lib. 1. P. tit. 15. de incendiis, quae culpa inhabitantium fiunt, respondit, praefectum vigillum, qui cognoscebat de incendiis, aut fustibus castigare eos, qui negligentius ignem habuissent, aut seueram interminatione comminatum fustium castigationem remittere. Praefectorum tamen vigillii fuit cura haec aliquando, & antea triumuirorum nocturnorum, qui excubias agebant, arcendorum incendiolorum causa in vrbe Romana interueniebant & aediles, & tribuni plebis: erant & familiae incendiis sopiendis destinate. Er Augustus quoque hanc sibi conuenire, ut reipublicae putauit, l. 1. c. 3. de offic. praefect. vigillum in P. Er hic iterum repeto, ut quamuis sine culpa incendium, ut ait Vlpianus, ex domo scilicet ortum,*



venit delictum nam inter regia iura & hoc est, *ead. conf. art. 79. late*
Chass. in consuet. Burgun. ad tit. de iustices, §. 5. in verb. du prince. ne
ququam committatur vel remeati dare possit exsili, id est, po-
enam remittere, nisi Imperator ex aliqua causa, Marc. l. relegati, §. 4.
Calit. l. d. ius fr. art. 27. de po. in P. Vp. l. §. si. de qua. P. Et ita recep-
itum in Gallia & in dicitur refert Pap. lib. 2. q. r. ap. arest. tit. 17. ar.
 4. 1. 2. ¶ Et princeps cui superior non imperat, ius habet legum in-
 terpretandarum & temperandarum, *l. i. §. fin. de legi. C. vi & con-*
 sultor adardum, *l. i. de consi. prim. omniq;* pena in principe hoc, ar-
 bitraria est secundum Bal. in *l. si. de senat. P. Marth. de Aff. in consi.*
 3. *Nap. fol. 22. & Hip. de Mar. sing. 491.* ¶ Et in Gallia, princeps su-
 perior non habet, *per venerabilem, qui sit. leg. estq;* in suo
 regno monarcha: quin & hic clericis gratiam facit pœnæ, in cri-
 minibus habentibus pœnam sanguinis, vel confiscationis bono-
 rum, *Aufser. Stephan. in repetit. clem. 1. in 11. q. de offic. ord. et si hoc*
alium aliquo modo a iurisdictione temporali aliquibus visum
fit, Chass. in rub. de iustices, §. 1. ver. si il n' a grace, vers. Et quoniam ut
videmus, in si. in consuet. Burg. Cum autem princeps sit solutus le-
 gibus, potest & contra ius concedere rescripta, que non dant ca-
 lum, & profint petenti, crimenque supplicanti indulgeant, *l.*
rescripta, 7. de prec. imp. offer. C. q. q. ¶ ad clementiam principis
 6. ¶ gratia seu remissione, consideranda forma concessi onis. Tercio,
 materia seu causa ob quam conceditur. Quarto, præsentandi vel
 offerendi, seu ut dicunt intermandi modus.
 8. ¶ Porro gratia nomen generale est, habens tres species, in-
 dulgentiam, restitutionem, remissionem. Indulgentia est reatus
 venia, *l. Lucius, ad senatusconsultum Turpil. l. rescripta, 7. de precib.*
Imper. offer. C. que tamen pœnam criminis dicit: excepta in fa-
mia & bonorum & dignitatum seu honorum restitutione, l. in-
dulgentia, de abol. gener. C. gl. in §. cum autem, in ver. statutum, quib.
modis ius patr. pot. solu. apud Iustinian. l. fructu, l. generalis, l. cum pa-
 9. ¶ rem. *l. in insulam, l. si pater, de sen. pass. §. restit. C. ¶ Restitutio ¶ in*
 integrum alia species gratia, que omnia in integrum restituit, vt
 bona, honores, & alia, *l. i. §. fin. de sentent. pass. C. l. quod si minor, §.*
restitutio, de minorib. 25. annor. P. l. princeps bona, de verb. significo. Et
 tantum valet restitutio ad cõsequendum, que quis habuit, quan-
 tum in condemnatione & sententia ademptio fuit efficax.
 10. ¶ Alia ¶ species gratia vel remissionis est, quãdo princeps pœ-
 na homicidii debitam in hoc homicida non habere locum
 declarat, vocat *pardõn, venia* ob culpam quidem aliquam leuem
 punibilem, sed non tantam, quantum in homicida, & que excu-
 sari aliquo modo potest. Et ita gratia sunt, vt plerumque a can-
 cellarius seu officinis æquitatis concessat.
 11. ¶ Alia ¶ vero, que crimina fere inexcusabilia remittunt, sol-
 lenti imperari & concedi, vel propter natalem diem filii principis,
l. abolitio. §. ibi gl. ad senatusconsultum Turpil. in P. vel ob fan-
 citatem diei Veneris Paschatis, in memoriam sacrosanctæ re-
 demtionis, qua eo die liberati fuimus nos, rei criminum, a morte
 eterna, beneficio Dei Domini nostri Iesu Christi: vt & antea con-
 ducto erat Iudæis, tempore Paschatis & pasche liberare aliquem
 indignum ream a carceribus, & criminis pœna, in memoriã quod
 te, upore pasche fuisset liberati a feruitute Ægyptiaca & Pharaonis,
D. c. Marth. cap. 27. & D. Ioh. cap. 18. Sic homicida exsul, ab
 exsilio reuocabatur apud Iudæos lege, *Numer. cap. 39.* quando
 summus sacerdos, qui oleo vitæ erat, Christum referens, mo-
 tiebatur. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius quoque, *l. 3. de*
episc. audiens. C. hunc illis morem fuisse testantur, feruatiq; iu-
 bent vt vbi primus dies Paschalis aduenisset, soluerentur a care-
 ribus rei, exceptis tamen veneficis, maleficis, monetæ violatori-
 bus, homicidis, parricidis, rei que legis maiestatis, *l. simile, l. quis-*
quis, §. denique, ad legem Iuliam maiest. C. incestus, l. sepulchrorum
violatoribus, stuprum committentibus, & proditoribus patriæ,
l. minime, de relig. §. sum funer. delinquentibus spe habendi im-
munitatem, §. final. de immunit. eccles. sita indicatum Tholose rradis
Guilielm. Bene dicit quæst. an occidere peccat. lic. num. 39. sacrilegis, §.
que, de mandat. princ. in Auchen. l. sepe admittentibus delictum,
Barba. in ca. testimonium, in repet. in 9. col. vers. ecce nunc, de testib.
 Vnde notant interpretes, *Guilielm. Bened. in repet. c. Raynuitus, in*
2. par. ad vrb. in 11. moruo itaq; restituro, num. 12. & in 3. part. in q.

an lic. occid. peccat. num. 3. Barb. in c. super literis. de rescript. Guiliel.
 de Cuz. in l. nemo, de episc. audiens. C. & vt gratia secunda valeat de-
 licti, primam gratiam concessam exprimi debere: alioquin illam
 vt subreptiam, inutilem, & ea non obstante puniendum reum
 impetrantem.
 ¶ Solent ¶ & indulgentiæ dati reis, pro iucundo principis ad-
 ueatu, vel ob rem prospere gestam a principe, vel in fauorem rei-
 publicæ, *l. vel ob rem, §. l. abolitio, ad senatusconsultum Turpil.* Verum in
 Gallia praxis obseruata est, vt dum pro iucundo aduentu suo, vel
 pro ingressu ciuitatis remittit crimina princeps, oporteat literas
 veniales obtineri intra sex menses, computandos a breui scriptura
 consignata remissionis per megaleemosinarium principis: alio-
 quin irrita est & sine effectu remissio, vt placuit senatui Parisi-
 ensi 23. Iunii, 1518. *Pap. lib. 2. q. r. ap. arest. tit. 17. art. 10.* Placuit au-
 tem in constitutionibus editis in comitiis Aureliacensibus, anno
 1560. *art. 75. ne in posterum magistris libellorum & præpositi of-*
ficinis æquitatis seu cancellariis regiis, codicillos venie vel indul-
gentiæ concederent, nisi in casibus, quibus iura condonant.
 ¶ Singulare ¶ est, quod lege Francica statutum fuit, *l. 4. leg. Fran. 15*
c. 28. eos q; à morti adiudicati fuerint, quorumq; bona in publicum re-
ducta sunt, posse quidem sibi postea querere, neque postea de crimine
commisso & venia remisso posse in eos inquiri: verumtamen non esse
suscipiendos in testimonium, neq; inter scabinos, id est, assessores & iu-
dicis, ad legem indicandam non posse locum tenere vel sedere.
 ¶ Calus ¶ autem, in quibus facilis est pœnæ homicidii gratia
 14. plures sunt, aliquos indico: veluti si colluctando, præter dolum,
 exercitii honesti causa, occisus quis fuerit, *l. qua actione, §. si quis*
in colluctatione, ad leg. Aquil. in P. Eadem lex oraculi Apollinis &
 Platonis *lib. 9. de legib.* Si quis volens se a cane defendere, lapide,
 quem in eum proieciat, aliquem occiderit, *Signo. consi. 1. & 170.*
quæstione disputata.
 ¶ Si ¶ vim vi repellendo, inferentem occidat, vt dictum est, *d. 1. §.*
l. scientiam, §. qui cum aliter, ad l. Aquil. cum similit. ibi not. l. cap. si-
gnificasti, 2. de homicid. c. si vero, ca. dilecto, de sen. ex com. Quod quis
eum ad tutelam sui corporis sine dolo malo fecit, iuste fecisse vi-
detur, l. sed si parvus, §. quærit, quod met. caus. l. 1. §. vim, de vi & vi
arm. c. olim, de rest. spoliat. l. 1. vnde vi. ¶ Exstat exemplum de milite
Mariano apud Quintilianum, & de Milone apud Ciceronem.
Iudice me, inquit Quidius 3. de arte. fraus est concessa repellere
Armag. in armatos sumere iura sinunt. ¶ frandem
 Et Horatius *lib. 3. Car.*
Vis consili exper: mole ruit sua,
Vim temperatam diu quoq; prouehunt.
In manus, si dem odere viros
Omne ius animo mouent ei.
 Aggressorem, & quemcunque alium, in dubio vita discrimine occi-
 dere licet, inquit Gordianus *l. 2. §. 3. ad l. Corn. de sicar. l. quoniam,*
ad l. l. de vi pub. l. sed & si quemcunque, ad l. Aquil. in P. Cleon ad
 Athenienses, agens de captiuis occidendis apud Thucydidem in
 3. *Quod citra, inquit, voluntas: em sit, dignum est venia.* Et rursam i-
 dem Thucydides in 4. *Omnia licere in bello, & necessitate aliqua*
circumuenis veniam esse, etiam apud Deum: etenim delictis non vo-
luntariis, refugium esse aras, scelerq; eorum vocari, qui nulla necessi-
tate sunt mali, non eorum qui propter aduersa aliquid audent. Alio-
quin si non liceret se defendere, iuste essent actiones aggressorū,
si miles ei, quã Fimbria eques Romanus crudelis supra modum,
aduersus Scæuolam, quem grauitur vulnerauit, instituit: diè enim
Scæuolæ dixit, quãd, inquit, nõ totum ferrum recepisset. ¶ Exstat
 tamen constitutio Constantini Chliarieni patriarchæ Constanti-
 nopolitani, *lib. 2. iur. Ori. in consi. Chliar. de homic. l. iur.* per quã qui-
 dem admittitur distinctio in laicis, vt non teneantur de homici-
 dio latronum, quos euadere sine mortis discrimine non poterat
 occidentes: vel si occidant ea mente, vt patriam ab eorum in sidis
 liberent. At in clericis statuitur, vt quomodocũq; occiderint, de-
 ponantur: nulla habita distinctione hostium, vel latronum, vel a-
 liquorum aliorum. Verũ vt opinor, gratia subueniri & iis poterit,
 Scimus quoq; nec pro reb. suis saluandis a fare subactis, clericis
 licere occidere, *c. si scipimus, de homic.* quia nec id laicis iure con-
 ceditur, *c. 2. eod. ap. Greg. ¶ In ¶ Arcopago Palladis iudicio, Orestes*
 absolutus, quod vltus fuisset patris nec. Item & Mars absolutus,
 qui stupratorem filiz occidisset, vt de vtroque testatur Demosth.
 orat. *quã de uxore patris. Diximus quoq; supra, in adulerio repertam*
 17. *filiam, & uxorem licuisse patri & marito occidere.*
 ¶ Olim ¶ non tantum a pœna excusatus Phineas, *Numer. cap. 15*
15. Psalm. 105, qui scortantes in Dei & populi eius contumelianx



occidit, verum laudatus, vt iustam rem faciens, reputatum que ei ad iustitiam. Sicuri & filius Levi. *Exod. c. 32. quod idoloras ex Israel sustulissent Mosis iussu. Zelus Eliae probatus, qui occidit prophetas Baal manu propria, 3. Reg. 18. c. 4. vindicta, 23. q. 4. Non peccauit, cum quinquagenarios regis Ochoniae igne caelesti occidit precatus, 4. Reg. 1. Non pariter Elifaeus, 4. Reg. 2. qui maledixit pueros clamantes, Ascende calue: & post maledictionem passus est ex eis deuorari ab vrhis quadraginta duos. Non Petrus, qui Ananiam & vxorem eius morte affectit, quod mentiti essent spiritui sancto, *Actor. c. 5. Marcellus* † Iurifconsult. *in l. minime, 35. de relig. & sume. funer. P. respondit, placuisse maioribus eum, qui ad patriam delendam & liberos occidendos venerit, non esse occisum lugendum, & filium qui huiusmodi patrem, vel patrem qui huiusmodi filium occidisset, non tantum immunem a poena, verum etiam & praemio efficiendum. ¶ Leges † Draconis ex Demosthene contra Aristocra. vna: Causa actiones ne sunt vnquam in eos, qui in exules defuerunt, si quis eo redit, quo non licet: similis lex diuina Numer. 35. l. hodie non licet, l. fin. C. de malef. & mathema. Alia, Si quis occiderit in iudis iniustus, aut in itinere prostrauerit, aut in bello imprudens: aut deprehensum apud vxorem, aut matrem, aut apud sororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eam qua propter ingenuos liberos suscipiendos habeat, ob hoc qui eadem fecerit ne exsulet. Item alia, Quod si quem hostiliter per vim iniuriave grassante, statim defensionis sua causa occiderit, impune occisus esto. In qua, inquit Demosthenes, dum adscripsit statim, sustulit mali aliquid consulendi tempus: & quia scripsit suae defensionis causa, significat le laeso dari potestatem, non alii cuiquam. Hisque legibus alia si bicitur. Quicunq; magistratus aut priuatus auctor fuerit, huius instituti confundens, idve mutauerit, is ignominia noceat, sum ipse, tum liberi, tum res eius. ¶ Furem † nocturnum qui occidit, ita deum impune fert, si parcere ei sine suo periculo non potuit. *Pl. l. furem, 9. ad leg. Corn. de scar. P. l. 4. C. eo. Caius, l. si pignore, 56. §. 1. de fur. P. exigit Vlpianus quippe, vt parcere sine suo periculo non possit. In quo recedere videtur a lege duodecim tabul. quae nocturnum furem, si modo cui clamore quis restituerit deprehensum, siue disti. & ione permittit occidere: interdum vero deprehensum, non nisi se relo defendat, & aequae clamoris accedat testificatione, vt refert Caius in *litag. 4. ad leg. Aquil. Verba legis duodecim tab. refert Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 4. Gell. lib. 20. c. 1. Si nox furtum factum sit, si me aliquis occiderit, iure casus esto. Idem tamen Vlpianus alibi, l. sed & si quemcunq; 5. ad leg. Aquil. P. interpretatur id ipsum, vt si quis metu mortis furem occiderit, non teneatur nisi cum possit eum apprehendere, maluerit occidere: vt ea ratione possimus asserere occisum iure videri semper nocturnum, nisi eum potuisse apprehendi doceatur: quod qui occiderit, praematur necesse, veritus ne ne ea venerit, non tam furandi causa, quam potius occidendi. In *Enodo c. 22. hac de re lex, Si effringens fur domum siue sufficiens fuerit inuentus, & accipio vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole fecerit, homicidium perpetravit, & ipse moritur. Cuius verba & transscripta sunt in ius pontificum, ca. si perfodens, de homicid. Existat lex Rhotorii, lib. 1. leg. Langobard. tit. de homic. in curte aliena temp. no. Etis inuenio. in iure Langobardum, quae ad priorem accedit, in haec verba concepta: Si noctis tempore homo liber in curte alterius inuentus fuerit, non dans manus ad ligandum, occidatur, & a parentibus non requiratur: quod si manus dederit ad ligandum, & ligatus fuerit, debet pro se soluere octoginta solidos. Quia non conuenit rationi, vt homo noctis tempore in curte aliena, silentio aut absconse ingrediatur: sed qualemcunq; vtilitatem habes, antequam intret, clamer. ¶ L. Quintius, † Seruilius Halam a caede Spu. Melii absoluit, quod vocatus a magistro equitum ad dictatoiem non venisset, dicto non parentem, sed animos plebis concitantem, teste*****

23 *Liulo lib. 4. ¶ Adrianus* † iussit, si dominus in domo interemptus esset, non de omnibus feruis quaestioem haberi, sed de iis, qui per viciniam poterant sentire, teste *Elío Spartiano in Adriano, cui consentit Vlpianus l. 1. §. eodem autem cello, & §. seq. ad senatusconsult. Sylla. P. Corinthii* qui militabant duce *Timoleonte* in Sicilia, cuius fuit rex, vxorem necis patris, qui occiderat eum, qui patrem interemerat apud *Leontinos*, ereptum supplicio, decem minis donare, vt scribit *Gemisthius Pletho lib. 1. de gest. Graec.*

24 *post bellum Mantina. ¶ P. Scipio* † Nafica, qui occiderat *Tyberium Gracchum* seditionum, legatione libera in Africam, liberatus ab accusatione. Et *L. Opimius* cor sul *C. Graeco* occiso, a *Tribuno pleb. Q. Decio* liberatus, teste *Plutarch. in vit. Graccho, Appiano lib. 1. bello civil. Velleio Paterculo in histor. & Liuiio 59.*

60. 61. ¶ *M. Horatius*, † occisus tribus Curiatibus, rediens spoliatus, forem suam vni Curiatibus desponsatam, cum flentem interemisset, vt publicam laetitiam impediendam, populi iudicio absolutus idem in *1. Dionys. Halycarn. in 3. & alii. ¶ Licet* † & lege *Draconis, Demosth. contra Aristf.* homicidas vel necare, vel ad indices ducere. Iustianus quoque in *l.onica. §. ne iugur, de rapi. virg. lib. 9. C. tit. 13. raptore* virginum vel honestarum faminarum, in ipso crimine compertos, occidi posse statuit ab ipsis mulieribus proximisque consanguineis tutoribus, & censoribus earum, vel patronis vel dominis. ¶ *Qui* † percutit malos auctoritate publica, immunis ab homicidii poena: at qui sine ea auctoritate truci daverit quantumuis pessimos, reus mortis est, c. quicumque, 2. §. c. 8. & dignus poena grauiori, quod auctoritatem hanc si bi vsurper, & poena publice subtrahat necando, l. fin. C. de malef. & math. ¶ *Lege* † *Langobardorum, l. 1. tit. de consi. mori. in legib. Langobard.* qui iussu regis hominem occidit, immunis est a poena, nec tenetur resarcire necem hereditibus. Generalis namq; regula est, principi vel iudici legitime officium exercenti, homicidia non imputari ad culpam, ca. noli, 23. q. 2. c. de occidendis, 23. q. 5. non enim illi, sed lex reos occidere & punire videtur, ca. iudex, §. c. seq. & c. miles, 23. q. 5. Imo arguendi qui non exsequuntur legum mandata, vt pote ministerium Dei & legis contemnentis. Minister enim Dei sunt, ad *Roman. c. 13. & deo* gladium portant, ad vindictam malorum, & laudem bonorum. Et moris antiqui fuit, vt reges Israel, quos dignos morte putarent, iuberent pueris suis vel famulis occidere, vt *1. Reg. 22. & 2. Reg. c. 1. & 4. E. reges* Petrarum quem interficiendum putant, & vna apprehensum, licet rebus regis interficiendum tradunt, veluti *Diodorus Siculus* scribit lib. 17. *Biblio in 3. Alex. anor.*

¶ *Malum* † etiam hoc in republica, vt medicis & aduocatis occidendi data impunitas videatur. Sic enim *Philemon* ait apud *S. oba* *um tit. de medicis.*

Μέγιστον δὲ ἰδίῳ νόμῳ ἀνεπιπέδον ἔστιν ἄνομιλον εἶναι, ἀνομιλον δὲ τὸ ἴδιον.
Id soli medico licet occidere sine suo periculo.

Et *Plinius lib. 25. c. 1. de medicis* nulla lex qua puniat, inscitiam capitalem, nullam exemplum vindictae, discunt periculis nostris, & experimenta per mortis agunt, medicosque tantum hominem occidisse impunitas summa est. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, *turba medicorum me interemis.*

¶ *Quartum*, † quod requiritur diximus in venia impetranda seu gratia homicidiorum & aliorum delictorum, quibus imposita est poena corporalis, est formula obseruanda, ex *confit. Ludou. 12. publ. anno 1499. artic. 126. in rub. des graces & remissions. art. 1. oblationis* codicillorum venialium, qua reus qui impetratit, se fistere debet iudicio, de quo causae publice tractantur in curia regia: nam iudices alii ordinari dominici, huius quaestiones non habent notionem, ita dicit *arefio Parisien. an. 1416. 15. Iulii contra Baillunum sancti Dionysii.* Et ipsemet aperto capite geniculatus iudici exhibere, vel per aduocatum, qui petit eius nomine recipi, legi & comprobari adstantibus rationali & aduocato regio, & aliis colligantibus, quorum interest si qui sint vocatis: quibus praesentibus tenor codicillorum legitur palam, interrogaturque reus ab eo, qui iudicio praesidet, iuramento praecunte de veritate dicenda, num ce dillii veri sint, num eos impetraverit, vel impetrari curauerit, num illis velit vri. Triumviri autem postea regii, quibus ante codicilli inspicendi dati fuere vna cum actis inquisitionis criminis, obreptionem vel subreptionem literarum seu codicillorum explicant, si insint expugnantque, *Bald. & Inf. in l. 2. si cont. ius vel vit. pub. C. id ipsum* faciunt & aduersarii, si qui sint, qui de ciuili iactura vel vindicta contendant, iisque omnibus auditis, iudex in consilium determinandum negotium relicit, data dilatione, latius scriptura dicendi, quae vtrique voluerint, retrulso in carcerem interim reo. Si reus petat dilationem ad comprobanda, seu vt dicunt verificanda in codicillis contenta, datur facultas quoque regio rationali, vt in contrarium inquirat. ¶ *Porto aduersarii*, † qui ciuilerim crimen persequuntur, audiuntur intercedentes gratiae seu veniae, non quidem ratione vindictae publice, sed quia conceditur & comprobatur tantum gratia haec, sine damno alicuius, aut sine praediuicio aduersarii, *l. vnic. C. de in ius vocan. l. huius scripturae. ad leg. Aquil. l. 2. §. merito, & §. si quid a principis, ne quid in loc. pub. in P. qui iudicium contra reum persequitur: us n. prosequendi vindictam iis, qui occiso succedunt, est, l. si crimen, & l. vxor. qui accus. post. C. l. sorore, de iis qui. vt ind. C. quib. multa sa po ad iudicatur ex bonis homicidiae: alii aut tantum expellat referuntur,*

tur, Pap. lib. 24. rap. arest. tit. 2. ar. 1. & 2. Atque illi soli se obiciunt... De homicidio sui ipsius. Cap. 22.

De homicidio sui ipsius. Cap. 22.

Lib. 48. P. tit. 21.

- 1 Occidere seipsum prohibitum. & punitum.
2 Manus sibi inferens, quomodo & quando puniendus. Et seq. 3. 7.
3. 9.
4 Cruciis pena horrenda Romanis visa.
5 Virgines Milese quomodo a morte sibi conficienda renocata.
6 Vulnerans seipsum ob bonum dolium laudatos.
7 Mortem sibi accelerantes virtutis causa num. pena mereantur.
8 Coorum lex de senibus inutibus.
9 Et de istem lex Sardo. 15.
10 Mors voluntaria damnata a viris optimis, & sibi illorum ratio.
11. Et 13.
12 Occidere non licet volentem impune.

Q Vi t dicit, non occides, Deus no tantum alios, sed multo magis seipsum necare prohibuit... Quare t pontificio, si qui sibi ipsi quolibet modo vitam adimunt...

mentis seu Hippodromi excursionibus moriantur... Quicunque se propria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato se suspenderit... Optima mors parca, que venit apra die.

- 13 In Flandria non est confiscatio bonorum, nisi in grauissimis quinque criminibus: inter quæ annumerari sui ipsius parricidium, cum crimine læsæ maiestatis, hæresis, seditione, fuga ex acie in Turcas, *Butelerius in Summa rurali*, prodicione patroni ligii. Supra modum certe crudeles si videntur, qui sibi non parcunt, aut mortem sibi parant contra naturalem viuendi desiderium, & studium commune etiam brutis, qui omni nixu & impetu eam propulsare conantur. Et natura homines omnes *Philosophus* genuit, ut etiam capularibus senibus, quibus viuere mors est, quiq; sæpe ob grauiorem ætatem mortem optant, cum necessitas moriendi vrget summo opere durum sit lucem hæc relinquere, ut ex *Æsopico apologo* senis constat, qui cum tædio vitæ & laborum, mortem venisse inuocatam vidisset, rogabat, ne sibi vim faceret, sed potius ad lignorum onus refumendum adiutaret. *Ceterum*, cum iam probatum fuerit, non licere sibi mortem inferre, impune etiam non ferret, qui volenti occidere sese opem tulit, vel volentem & postulantem occidit. Et ita David iuste iussit necari Amalechitem, qui volentem Saulem adhuc spirantem interemit, 2. *Reg. c. 1.* Impiaque & abominanda est lex Sardoæ, ut filii patres sentio confectos sustibus cæderent, & interemptos sepelirent: absurdum arbitrantes, si delirus senex ulterius viueret, *Ælia, de hæc lege, lib. 4. var. hist. c. 1.*

De quibusdam speciebus aliis homicidiorum. Cap. 23.

- 1 Vita & mors hominis anima, & corporis qua.
- 2 Homicidium directum, vel per indirectum quando committitur.
- 3 Anima mors qua. Et iuramentum deferens ei, quem scit peieraturum, suam & illius occidere videtur animam: ut & qui proximo detrahit, & eum odio habet.

1 **Q**uia vita non tantum corporis, sed etiam, ea que præcipua, animæ est, quæ immortalis, & qua corpus viuificatur: ita alia mors corporis, nempe separatio animæ, ab eo: alia mors animæ, non quod anima, quod ad suam essentiam pertinet, intereat, cum ea sit immortalis: sed quia gratia Dei, quæ vera est vita, quæ ad actiones veras animæ viuificatur, priuatur. Ut proprio libro de immortalitate animæ, in primo, de cænis. Sic & homicidium corporis, vel directo, vel per indirectum fit: directo, quando cæde, vel violenter alio modo, quis alii, vel sibi ipsi mortem infert. Per obliquum autem necat quis alium, quando occasiones moriendi dat, vel ea que ad vitæ necessitatem pertinent, subtrahit, vel admittit: ut necare videtur is, qui alimenta denegat, *l. necare, de lib. agnos. in P.* Et reus homicidii is, qui cum pœllit, fame morientibus & egenis non subuenit, *c. pascere, 80 dist. ca. decima, 16. q. 1.* Qui res episcopi, vel ecclesiæ rapit, homicida iudeo cæsetur, *c. qui Christi, & c. qui abstulerit, 12. q. 2.* Quia bona ecclesiæ, bona sunt pauperum, *c. aurum habet ecclesia, 12. q. 2.* & famem patientium. Differentiæ homicidii huius in summa plures: nam animus, causa, occasio, consilium, culpa, necessitas, casus, personæ, ministerium, officium, variant, *c. cum homo ab homine, 23. q. 5.* Inter hæc homicidia animæ, censetur negare poenitentiam morienti, *ca. cognouimus, 16. q. 6.* ad peierandum scienter aliquem compellere: atq; qui defert iuramentum, suam animam occidit, & eius quem scit peieraturum pariter, *c. ille, 22. q. 5.* qui alii detrahit, qui alium occidit, suæ animæ homicida iudicatur, *c. homicidiorum, de poenit. dist. 1.* qui odit fratrem suum, homicida est, *l. D. Ioan. epist. c. 3.* Pœna huius homicidii: Omnis homicida non habet vitam in se manentem, *D. Ioan. 1. epist. c. 3.*

De parricidio. Cap. 24.

Lib. 4. P. tit. 9. Lib. 9. C. tit. 17. Lib. 5. Decret. tit. 10.

- 1 Parricidium triplici lege punitur.
- 2 Pompeia lex de parricidio, quæ, & eius pœna. & 3.
- 3 Capitis pœna quæ, & quomodo differat a capitali.
- 4 Parricidarum, more maiorum, pœna, culeus, & c. Et 7. 8. 9. 10. & 11.
- 5 Matriscida. Et 17.
- 6 Patri inferre iniuriam, habet delictum simile offensionis Dei, secundum quod, grauius, quam in alios eo, & 28.
- 11 Parentes diligere, natura lex: conseruare, necare, & necantes diligere.
- 13 Filius legitimus secundum Persas nunquam occidit patrem.
- 14 Parricida pœna secundum legem Platonis.
- 15 Parricidium in brutis natura ratione punit.
- 16 Parricida lege Græca cõburendus, igne & aqua interdicens. & 18.

- 19 Parentes occidere, etiam in fide de causâ furorem, & manes commouet. & 20.
- 21 Parricidii pœna num locum habeat, si quis filios, aut descendentes occiderit.
- 22 Parricidium amor naturalis, & brutorum etiam.
- 23 Parricidii Solon cum nullas leges constituerit. eo.
- 24 Parricidarum in foro penitentiæ pœna. & 24.
- 25 Parricidia excusantur aliquando quoad pœnam, ut furore & alio modo. & 28.
- 26 Cum nouerca adulterantem filium pater occidens mitius punitur. & 26.
- 27 Iudicia ambigua, in quibus indices non habuerunt quid dicerent. & 28.
- 28 Parricidium parricidio non vindicandum, eod.
- 29 Derbices, & Massagete seipos deuorabant.
- 30 Parricidarum pœna ex legibus Hispaniæ, Mediolanensi, & Galliciæ.

Alia hæc species homicidii, sed quod seuerius puniatur, parricidium est: quod tripliciter, ut apparebit ex personatum, & proximitatis distinctione, punitur. Cornelia de ficiariis, quæ & hoc habebat caput de parricidiis, *l. fin. ad leg. Corn. de fisco, lib. 9. C. Theod. tit. 19.* Pompeia de parricidiis, & more maiorum. *Illud Romuli proprium*, inquit Plutarchus in vita Romuli, quod in nullam pœnam parricide definit: homicidium omne, parricidium nuncupari voluit: quod hoc impium ac nefarium, illud autem impossibile duceret. *Neg. qui quam Roma annis sexcentis post, tale scelus perpetravit, sed post Hannibalis bellum, Lucius Ostius fertur patrem occidisse.* Ut hæc parricidas plecti lex Pompeia, *Marcell. l. 1. Martia. l. 3. & 4. ad leg. Pomp. de parricid.* qui patrem, matrem, auum, auiam, nepotem, neptem, fratrem, fororem, patrualem, matrem, patruum, auunculum, amitam, materteram, consobrinum, consobrinam, vxorem, vitrum, generum, secerum, vitricum, priuigium, priuigium, patronum, patronam occiderit: cuius uero dolo malo id factum erit, quive emerit venenum, ut patri daret, legis tamen Corneliæ de ficiariis pœnam imponi tradit Marcellus, *l. hoc titu. §. Et hæc Scæuola* quos; eum fratrem, qui cognouerat tantum fratrem emisse venenum ut porrigeret patri, nec indicauerat, telegatam esse, & medicum supplicio affectum fuisse restatur, *Sen. l. 2. eod. in scitum tamen fuisse parricidii exitimandum est, alioquin etiam pati pœna cum parricida conficiis puniendus est, l. ipia. in l. utrum, 6. & l. si sciens, 7. eod. Modestinus autem in l. pœna parricidii, 9. ad legem Pomp. de parricid. distinguit, in pœna imponenda inter has personas: nam eos, qui patrem aut matrem, auum aut auiam occiderint, in ore maiorum pœna seueriori puniendos tradit: qui autem parricidium in alias personas admiserint, capitis pœna, aut vltimo supplicio. Capitis hæc pœna arbitrantur aliqui, *Accurs. in d. l. pœna*, per quam ciuitatem amittat parricida, qualem deportationem in insulam, qua Martianus scribit Adrianum affecti patrem quandam, qui filium necauerat adulterantem cum nouerca: quod patria potestas non debeat in atrocitate, sed in pietate consistere. Probo quoq; hic capitis pœnâ mortem non habere, quamuis capitalis pœna mortem habeat: & relegatio ad tempus, vel in perpetuum, vel in insulam, non habeat capitis periculum, ut ait Callistratus *l. capitalium, de poen. P.* Suadet autem hic capitis pœnam non esse mortem, quia Modestinus ait *d. l. pœna parricidii, ad leg. Pomp. de parricid.* pœnam esse capitis, aut vltimum supplicium: & capitis in iudicio minor, ad deportationem pertineat, *l. de cap. dimitt. apud Iustin. l. fin. eod. titu. l. P.* Verum postquam dixit Modestinus, ex more maiorum adhuc plecti seueriori pœna, quam ficiariorum, qui parentes ascendentes occiderint, pœnam explicat maiorum, *l. pœna parricidii, ut parricida* virgis sanguineis verberatus, culeo infatur cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, deinde in mare profundum culeus iactetur, si mare proximum sit, alioquin bestius subiciatur, secundum Adriani constitutionem, quam præbuerunt Constantinus, *l. 1. de his qui parent. vel lib. occiderunt, C. l. vnic. de parricid. lib. 9. C. Theod. titu. 15.* & Iustinianus consules, in *l. alia, de public. iudic. apud Iustinianum.* Meminit Cicero pro *Rosc. Amerin. §. 1. ad Herennium. ca. 5.* explicat Cælius Rhodiginus *lib. 11. cap. 21.* & Theophilus *lib. 4. Inst. titu. iur. ciuil. tit. 18. §. est lex Pompeia.* Et nos in nostris optimi Iuriconsul. præiudici *lib. 2. ca. 40.* honorem debitum parentibus, ex quo grauius hoc fit scelus, tractamus. Alludit ad hanc pœnam Iuuen. *Sat. 31.* referens insigniora crimina,*

Conser, inquit, & artifices, mercatoremq; veneni,

Et de.

Et de ducendum corio bonis in mare, cum quo clauditur aduersis innoxia simia fati.

¶ Et ubi Id. Sat. 8.

Libera si dentur populo suffragia, quis tam Perditus, ut dubius Senecam preferre Neroni, Cuius supplicii non debuit una parari Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus? Par Agamemnonde crimen, sed causa facit rem Dissimilem, &c.

Nero quippe, matrem suam Agrippinam occidere primum dolit tentauit, vt eam naui impostam submergeret: verum re non succedente, Aniceto occidi iussit, quod factum est, vt ait Xiphilius ex Dione in Nerone, caussatus mortem, quod ea infidelia ei fuisset, & quod eius opera multa facinora fecisset. Quod tamen cum effecisset, semper lecto territus desiliebat, & putabat perpetuo sibi bellum imminere: vnde saepe loca mutabat. Quare & male audiuit, & publice in suis status inuenit suspensum culeum: vt ex eo significaretur Nerone in culeum conici oportere. Item tabulam cum puero in foro, in qua erat scriptum, Νέγωρ, Οφένης, Αλακιδων μήσηντοροι, id est, Nero, Orestes, Alcmaus matricide. Admonet autem nos Suetonius, culei pœnam non nisi cõfessis parricidii infligi, de Augusto cap. 33. sic scribens, Dixit ius, non dultigentia modo summa, sed & lenitate: siquidem manifesti parricidii reum, ne culeo infunderetur, quod non nisi confessi afficiebantur hac pœna, si fertur interrogasse: certe patrem suum non occidisset? Et inter exempla summe indulgentiæ Antonini Pii Iulius Capitolinus in Antonio Pio, illud adfert, quod parricidiam in insulam desertam posuit, quia nature legibus illi viuere non licebat. Innuir & Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. dum de Tullii duumviri supplicio agit, hanc pœnam culei, huic delicto parricidii imponi, exemplo eius qui Deum violasset. Scribit enim, Tarquinium regem M. Tullium duumvirem iussisse abici in mare infutum culeo, quod librum secreta ciuiliū sacrorum continentem, Petronio Sabino describendum dedisset. Idque supplicii genus multo post parricidis lege irrogatum esse iustissime quidem, quia, inquit pari vindicta parentum, ac Dei violatio expranda sit. Tradit Callistratus in capitalium, 28. §. omnia, de pœn. P. omnia admilla in patrem, vt & in patronum, similesque coniunctas personas, grauius vindicanda, quam in extraneos. Et atrociorē iniuriam existimam Vlpianus, l. prator edixit, 7. §. final. de iniur. P. cum patri patronove fit. Et sola maledictio patris, iure diuino morte digna censetur, & non satis, §. ceterum, 8. 6. Exod. 21. Lapidandus & filius contumax & proteruus in patrem, lege diuina, Deuterom. 21. multo magis parricida. Pœnam pœnam deberi rebellibus filiis, & blasphemis, scribit Cyrellus Alexandrinus in D. Jo. lib. 12. c. 34.

¶ De simia, & vipera, vel gallinaceo, non meminit Valerius Maximus lib. 1. cap. 1. quorum tamen inclusio non caret symbolo parricidii, vt culeus: nam quod bubulo corio includatur, vt docuit Constantinus, l. 1. de his qui parentem occider. C. hoc significat, indignos esse terra, cœlove, alisque elementis parricidas, & quod fluctibus acti, neque terram tangant, nec certo loco consistant. Quo pertinet & fictio illa Platonis in Phædo, qua tradit post vitæ excessum, parentum violatores per Pyriphlegetonem fluium inferorum & tartari, agitari per annum, & postea deiici in paludem Acherusiam, vbi clamant vocantque eos, quos vel necauerint, vel iniuriis affecerint: suppliciterque rogant ac deprecantur, vt eos permittant progredi per paludem: quod si non obtineant, referuntur rursus in tartarum, atque deinceps rursus in flumina, nec quiescunt a iactatione, donec veniam impetrant. Hæc persequitur Cicero, pro Cluentio, & exclamat: o singularem sapientiam, maiorum scilicet, in hac pœna, nonne videntur hunc hominem eorum natura sustulisse, cui repente solem, cœlum, aquam, terramque ademerunt, ut qui eum necasset, vnde natus esset, careret iis rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Plura & de fluctuatione in Oratore perfecto: cuius causa est corium, quod inflatum non absorberetur, sed supernat, vt fidem faciunt vites. Alcogestii, de quibus in libello, de rebus bellicis, qui inferuntur post notitiam utriusq; Imper. vide & Veget. quibus tranantur flumina, insuntur quoque, neque nudi in flumen, vel mare proiciuntur, tanquam qui nulla expiatione capaces sint. Aqua namq; vt supra dicebamus, expiari crimina putantur: hi autem & illa priuabuntur, ne eam simul & polluerent. ¶ Simiam ¶ autem, arbitror demonstrare parricidas formam quidem habere hominum: re ipsa hominis nomine indignos, bruta & effera potius animantia, nihil hominis præter formam, vt simia, Plin. lib. 11. cap.

44. Et lib. 8. cap. 54. Aristot. lib. 2. de histor. animal. cap. 8. habentes, quibus præcipua tamen est foetuum affectio, vt ait Plinius ubi supra, & Horus Apollo de liter. Hierog. superantque in eo parricidas. ¶ Vipera ¶ significat delictum ipsum, vipera quippe foemina, teste Plinio lib. 10. cap. 62. Aliano lib. 1. de histor. animal. cap. 24. & Aristotele lib. 4. §. de histor. animal. lib. 34. marem sub finem coltus capite obruncat: illam autem prægrauantem catuli excedunt, & exeuntes perumpunt latera, occisa parente. Scio tamen quandam id falsum existimasse, sed credo maioribus, potissimum Aristoteli, qui animalium naturas sumtibus regis accuratissime perquisiuit. ¶ De ¶ gallinaceo, puto eo symbolum significari superbia: is enim valde superbus est, & leonibus etiam terretis, si credamus Plinio lib. 10. cap. 21. Sed & ingratiudinis in parentem signum fuisse perhibent: de terra enim loquens Lucretius 2. de rer. nat. sic scribit,

Gallos attribuunt, scilicet terræ, quia numen qui violatis Matris, & ingrati genitoribus inueniunt sunt, Significare volunt, indignos esse putandos, Vnam progeniem qui in oras luminis edant.

Canem symbolum etiam dicimus præbere ingratiudinis: quia peior sit cane reus. Amant enim canes benefactorum domos, vt scribit epistola vltima Anacharitis ad Cræsum: vel canis additur, quod etiam canis sit symbolum inuidi impudentisque maledici, quemadmodum apud Homerum ab Achille Agamemnon incessit, vt κῆρς ἤμαρ ἔρχομαι, quod canis esset oculis, canis enim natura est, vt eum nihil pudeat. Impudentiores, oculum habere caninum, dixit & Iulius Pollux. Plautus in Menæchia Hecubam canem dictam ex eo dicit, quod in quoscumq; intueretur, contumaciatrix & maledica esset. Solent & canes si videant alium laceffitum & fugientem vel verberatum, insurgere in eundem contra quam faciant porci. Et proinde inhumanis & crudelibus hominibus dant symbolum, vnde & Catullus:

Ruborem ferreo canis exprimamus ore. Et Horatius Epod. Ode 6. in maledicum vocat eum canem, Quid immerentis hospites vexas canis: Ignarus aduersus lupos.

¶ Scribit ¶ Florus lib. 68. epist. L. i. P. Malleolum occisa matre, pium culeo infutum, in mare præcipitatum, tempore Marit. ¶ Primam ¶ naturæ legem Valerius Maximus lib. 5. cap. 4. diligere parentes esse ait. Et Demofthenes con. Aristogiton. contra naturæ legem esse, etiam diligere eos, qui iuste parentes necarunt: multo magis occidere. Sic enim ait, εἰ τὸν τῆς φύσεως θεοῦ νόμον ὅς τε ἀνδράποισι καὶ θηρίοις ἔσσι, ὁ αὐτὸς ἄπειραν αἰσέσει ἐργάζει τὸν νόμον, καὶ νόμος ἔστι, τὸς εὐνοῦς ἀπολλέων, id est, Si legem naturæ tuatur, qua vna est hominibus & feris ex æquo est sancita, vt parentes diligant, male vult is, scilicet Aristogiton, qui illos peremerunt. ¶ Perse ¶ negat vnamquam filium legitimum occidisse patrem, vt ait Herodotus in 1. ¶ Plato ¶ lib. 9. de legi. statuit, occidendum parricidiam iussu magistratum, ab eorum ministris ipsisque magistratibus, trahique debere nudum in statum trivium, vbi vniuersi magistratus in mortui caput lapidem mitterent, & ita ciuitatem omnem purificarent, dehinc vltra regionis fines exportatum corpus proici. ¶ Natura ¶ impunita quoque non relinquit parricidia in brutis, sed talione vindicat. Nam Phalangius Araneus vt emerfit, matrem consumit, saepe patrem: demum a suis ipse, Plin. lib. 11. ca. 24. Aristot. lib. 5. hist. animal. c. 27. Scorpiones foetum deuorant, vno demto subtilissimo, qui se matris clunibus imponendo, tutus & amotus, & a cauda loco fiat, hic demum genitores superne conficit, Plin. lib. 11. c. 25. Arist. d. lib. 5. c. 26. ¶ Apud ¶ Constantinum Harmen. li. 6. c. 6. lex. Qui ascendentem vel descendentem occiderit, igni traditur. ¶ Theoderici ¶ regis Gotthorū & fororis regis Galliarum Clodonei filia, Greg. lib. 3. histor. Franc. c. 39. quod matrem veneno sustulisset sacrum corpus dominicum lumentē, a Theodato rege Thufcia, qui in regnum initiatus ab Italis fuit, in censo balneo fortiter vaporibus suffocata est. ¶ Quia ¶ pœna Græcis parricidæ plecterentur, constare potest ex verbis Electæ, apud Euripidem in Oreste, in proœm. sic loquentis,

ἔδοξε δ' ἄρχαι τῶνδε, μήδ' ἠμῶς σέγαις, μή πνεὶ δέχεται, μήτε περσσοφονεῖν πνῆ μαλ' ἐκτονόντας, κλέια δ' ἠδ' ἠμῆς, ἐν δ' ἰδοῖσιν ἄψρον ἀρρέϊων πέλις, εἰ χεὶ θανεῖν νό λευσιμὸς πέτραμαπ, ἢ φάσσανον εὐχέωντ' ἀπ' ἀρχῆν ὀ βδύειν, Id est,

Arginis autem edictum est, nec nos tecto recipi,

*Neg. ignis vsu iuuari neq. quinquam nos alloqui fas sit
Vt parricidas. Hoc autem praesumpta dies est,
In qua sententiam feret ac decernet Augustorum vrbs,
Annos lapidibus obrutos perire
Oporteat. anve gladio iugulum ferre.*

- 19 **H**oi'rent t' homines, potissimum bene nati, tantum scelus: & tæpe ipsi qui crimen admiserint alquo iusto prætextu, conscientia propria excarnificantur. Exemplo sit Orestes, qui postquam Clytemnestram matrem cum Agistho, qui patrem Agamemnona iustulerat, necauit, etsi quandam necis causam habere videretur, tamen ita furis agitur, ut neque his ante purgari potuit, quam ad aram Dianæ Tauricæ, illuc a Pylade perductus, perpetrata scelera expiasset, ut late explicant Sophocles in *Electra*, & Euripides in *Oreste*, Ouidius 1. *Æt. 4. de Tristib.* Statius 1. *Thebaid.*
- 20 **R**efert Justinus lib. 26. *hystor.* diuinam parricidarum vltionem in Gallogræcis. Gallogræci, inquit, cum Antigonus in illos exercitum duceret, cumq. ipsi se prælo pararent, & in auspicia pugna hostias cæcidissent, quarum exitus interitus omnium prædicereur: non in timorem, sed in furorem versi, sperantes Deorum minas expiare, suos liberos & uxores trucidarunt, auspicia belli a parricidio incipientes: postea tamen pugnant prius parricidarum furia, quam hostes circumuenere, obuersantibusque ante oculos manibus interfectorum, omnes occisione caesi. Sed t' dubitari potest merito, ut videretur, num pœna parricidii locum habeat, si quis filium, aut in sua potestate constitutum necauerit: nam Marcellus cum committitur parricidium, non meminit filiorum, filiarum, vel nepotum. Et diximus in capite de patria potestate in primo effectu, ius vitæ necisque in liberos parentibus datum. Verum, ut me expediam, illud olim cum Constantino dicam fuisse permissum, *l. fin. de pat. pot. C. nunc, minime.* Sicut nec Adrianus impunitum eam reliquit, sed in insulam deportauit, qui necauit filium, qui cum nouerca adulterabat, *l. diuus Adrianus, 5. ad leg. Pomp. de parricid.* Tradit & *Vlp. l. 2. ad l. Cor. de sicar. P. patrem inauditum filium, id est, impium, vel non iudicatum, occidere non posse: si qui casus autem sint, quibus iure Pandectarum occidere liceat, ut filiam deprehensam in adulterio, id lex permittit nominatim. Sunt ramque casus, in quibus regula generali prohibita, licita lege permittete fiunt. Et ne longius a proposito parricidii tractatione protraham sermonem, referam quædam exempla paulo post, quibus parricidia excusata, vel laudata fuerunt. Proinde dicemus ad liberos necatos pœnam parricidii pertinere. Quod & in rubrica Codicis Iustiniani, *libr. 9. C. tit. 17. de iis qui parentes vel liberos occiderunt: & in l. vni. lilius tit. nominatim dicitur, supponi illi pœnæ eos, qui parætes aut filios, aut filias, aut eius affectionis occiderint, id est, & nepotes.**
- 22 **E**t exiisse videntur naturam non dicam hominum, sed omnino ferarum, quæ pro suis maxime occumbunt catulis, qui in proprios liberos sæuunt morte. Delphini ita ferus diligunt, ut eos sequantur, & vna ideo cum his capiuntur, *Ælian. 1. de nat. anim. cap. 18.* Meminit Horus Apollo in *l. i. Hierogly. χλωδον περα*, seu Vulpanferem auem, si quando venator cum paruulis eam insequatur, patrem & pariter matrem se vitro venatoribus dare, ut feruentur paruuli. Perpulcre & Lucretius *lib. 2. de rer. natur. vacce* de amisso vitulo lactum exprimit,
- Nam saepe ante Deum vitulus delubra decora
Thuricremas propter mactatus concidit aras:
Sanguinis exspirans calidum de pectore flumen.
At mater virides saltus orbata peragrans,
Linguit humi pedibus vestigia pressa bisulcis,
Omnia consensens oculis loca: si queat, vsquam
Conspicere amissum fatum, completq. querelis,
Frondisferum nemus assistens, & crebra reuisit
Ad stabulum desiderio perfixa iuuencti, &c.*
- Referunt Diogenes Laert. *lib. 1. in Solon.* & Cicero pro *Rose. Amer.* Solonem nihil suis legibus de iis, qui parentes occidissent, statuisse: nam cum antea non esset factum, verebatur, ne id tam pœna prohiberet, quam admoneret lege. Seneca *lib. 1. de clemen. de pœna* hac culei loquens, *Summa prudentia, inquit, altissimi viri, & rerum natura peritissimi, maluerunt, incredibile scelus, & ultra audaciam positum præterire, quam vindicando ostendere posse fieri. Itaque parricida cum lege cooperunt, & illis facinus pœna monstrauit.*
- 23 **I**n foro pœnitentiam, matricida pœnitere debet per decem annos, secundum formam in iure præscriptam, *ca. latorem, 33. q. 2.* Si filios quis occiderit, in monasterium ad peragendam perpetuam pœnitentiam retruditur, *in ca. 1. de iis qui lib. occid. apud Greg. Mi.*

tius cum iudice ecclesiastico, quam cū seculari agitur: quia Deus non vult mortem peccatoris, sed magis ut pœnitent, *c. agnouimus, 26. q. 6. c. his a quibus, 23. q. vlt. & viuat. ¶ Excusantur t' autem parricida interdum quoad pœnâ, veluti si per furorem quis parentem occiderit, impunitus erit: nam sufficere furore ipsium puniri, & diligentius custodiendum rescripserunt Cætares, *Modest. l. pen. §. si. ad l. Pomp. de parricid. in P. aut vinculis coercendū. Quem admodum in aliis criminibus furiosorum receptum est, l. infans, ad leg. Corn. de sic. in P. l. diuus, de offic. presid.* Interdum per incuriam parentum, filii in eorum lectulis inueniuntur oppressi, & tunc pœnitentia imponitur, pœna parricidii remittitur, *c. qualis n. m. e. 7. de pen. & remiss.* cum pœnitentia trium annorum in pane & aqua, *c. si. d. tit. de iis qui lib. occid.* præsumitur namq; id magna potius negligentia vel fortuito, quam malicia parentum contigisse, ob præsumtionem aliam affectionis paternæ, quæ nec malum inferri filiis, vel videre sine commotione non patitur, *ca. adferre mihi gladium, de presum. l. isti quidem, quod me. cau. in P. l. si mater, (de inoff. testa. ¶ Adulterantem t' eum nouerca filium occidens, vt di. 15. ximus, etiam mitius, quam pœna parricidii ferat, ab Adriano deportatione in insulam punitus est, l. diuus, ad leg. Pom. de parricid. P. ¶ Et t' patres plures, filios suos, quod patriam suam competere iudicati sunt oppugnare, necari iusserunt: ut filios suos Lucium Brutum, *Lin. in 1. Halicar. in 5. Flor. lib. 1. c. 9. Et Val. Max. lib. 5. c. 8. Cassium, Lin. in 2. Halicar. in 8. Pl. lib. 34. c. 4.* Manlium Torquatum, *Cic. 3. de legib. Val. Max. lib. 5. c. 8.* & alios occidisse legitime dictum est. ¶ Aliquando t' causa aliqua alia dans occasionem parricidii, nec pœnam sustulit, sed dissimulauit. Apud M. Popillum Lenatrem, *idem lib. 8. c. 1.* prætorum, quædam, quod matrem fuisse percussam interemerat, causam dixit, de qua neutram in partem sententiæ latæ sunt: quia abunde constabat, eandem veneno necatorum liberorum dolore commotam, quos auia filia infensa iustulerat, parricidium vltam esse parricidio: quorum alterum vltione dignum, alterum absolute non dignum iudicatum est. Sic cum materfamilias, *idem eod. & Gellius lib. 12. c. 7.* Smyrnæ virum & filium interfecisset, cum ille huius optimum iuuenem ex alio viro genitum occidisset, delata fuisset ad proconsulem Asiæ Dolabellam, hæsitās Dolabella quid inter vltionem & scelus statui oporteret, rem delatam ad se reiecit Athenas ad Areopagi cognitionem: sed Areopagite quoque non minus sapientes, quam Dolabella mansuete inspecta causa, & accusatorem & reum in centum annos verati sunt: differendo, damna diuina; absoluendi inexplicabilem cunctationem regentes. ¶ Forfan t' & ideo iudicium dissimulatur Alcmenis, qui matrē Eriphyem interfecit, quod illa Amphiarau patrem Polynici prodidisset, *Diod. Sic. in 7.* Nini qui Semiramidem matrem necauit, quod eius concubitum & congressum optasset, *Justin. in 1. & Cyanes puella, quod per vim stuprata a Cyanippo patre, eum necauit, Plutarch. in Parallel.* Quorum tamen facta delinquendi anam dare non debent, sed parentibus exemplo esse debet, ne ea turpia audere velint, ob quæ parricidium excusari aliquo modo potest. ¶ Deribicibus t' & Mastigetis parentes, cognatos, propinquos, & quoscunque senio confectos enecare, ac trucidatos immaniter prodiglogue deuorate moris erat: rationem vel causam, ut illis videbatur, iustam, prætextentibus, rectius a se potius, quam a vermibus absument, *Strabo lib. 2. Geograph.* Sed error ille nimium alienus a naturali cognitione erat, & inexcusabilis, ut merito filii, qui in parentes hoc nefas ausi fuissent, id ipsum iusta ratione a suis patrentur. Sic in festo mutuo delinquentes, mutuo legitimis pœnis in seipos sæuebant. ¶ Memoria t' mandatum est, *Plac. lib. 1. de lictis, c. 2. nu. 7. in fin. in 50.* regis Hispaniæ dati parricidas canibus lacerandos, aut culeo infusi & proici in flumen. Iulius Clarus tamen Parricius Alexandrinus, refert se vidisse in Hispania quandoque istius criminis reos, prius strangulatos includi dolio, & in flumen proici, *Iul. Cl. lib. 5. Sententiarum iuris, §. parricidium, num. 5.* In ducatu porro Medianensi impostam ex constitutionibus eius pœnam. Occidentibus liberos, ut trahantur ad candam equi, & deinde rote lignee interaxantur. Quod tamen, inquit, nunquam vidi in practica obseruari, sed, ut dixi, decapitantur, vel furcis suspenduntur. Tholose quoque, & alibi in Gallia sæpe etiam vidi, liberos vel parentes necantes, pœna ademptionis capitis, vel suspensione expiari. Neque atbitror pœnam culei hodie esse alicubi in vsu, iuxta ea etiam, quæ tradunt Baldus & Salycetus *ad l. vnic. de iis qui paren. aut fil. occider.***

De vtraque vi, publica, & priuata legis Iuliae. Cap. 25.

- 1 *Vis quid dicatur. Diuisio in humanam & diuinam: & diuina quid 2 & 3.*
- 4 *Vis humana, legitima, vel illegitima.*
- 5 *Vis improba qua, & eius diuisio in rem, & in personam.*
- 6 *Metus causa gestum cur raturum non habetur: & num sola dignitas alicuius metus impressionem faciat.*
- 7 *Metus requiritur in facto rescindendo, & quomodo restituatur factum. 5. 7. & 8.*
- 8 *Quadruplum poena continet rem petitam. Et poena actio in quantum heredes, & quando obliget.*
- 9 *Obligatio per vim facta rescinditur.*
- 10 *Rescinduntur in Gallia contractus dolo, metu, vi iniiti, impetratis coactibus regis.*
- 11 *Inquietatio vis qua, & eius remedia. & 13.*
- 12 *Expulsio vis qua, & eius remedium.*
- 13 *Statutum querela, & de nouis diffinis quid in praxi. eod.*
- 14 *Vis ablatina quid, & eius remedium.*
- 15 *Spoliatus ante omnia quando restituendus.*
- 16 *Restitutio spoliati non impeditur exceptione, quod spoliatus sit pado, non compensatione, prescriptione, auctoritate iudicis, rescripto principis, &c.*
- 17 *Restitutio spoliati non potest ab alio, quam ab spoliato, & sine eius mandato, contra spoliantem, & alium, qui iussit spoliari & deici. & 22.*
- 18 *Pado aduersus quos spoliatus est restituendus. Et 20.*
- 19 *Publiciana actio non competit contra verum dominum.*
- 20 *Rescu perande interdicitur cui competat. & 16.*
- 21 *Vis civiliter & criminaliter quomodo puniatur. 23. & 24.*
- 22 *Iuris legis de vi priuata natura, & poena. & 26.*
- 23 *Iuris legis de vi publica, & priuata, differentia.*
- 24 *Eximens vocatum in iudicio quomodo puniatur.*
- 25 *Carceribus eximens debitorem, ad quid teneatur creditori.*
- 26 *Hominem liberum concludere non licet per propria auctoritate.*
- 27 *Carceribus vel custodia reos eripiticos, qua poena puniendi. & 31.*
- 28 *Carceram custos qua poena puniatur, pro euasione carceratorum sibi commissorum.*
- 29 *Carcerati qui euadere vel effringere carceres nisi sunt, qua poena puniendi. & 37.*
- 30 *Carcerum violatio quare capitalis.*
- 31 *Latus dubius euentus.*
- 32 *Arma in foro iudiciali deferre capitale.*
- 33 *Condemnatum ultimo supplicio eripiens qua poena puniatur.*
- 34 *Sententias mandari executioni iudicum publice interest.*
- 1 **V**is, est potentia qua in alia dominatur, vt ea sit idem, quod Graeci *ἰσχυρὸς*, dicitur, siue violentia, qua Graecis *βία*. Et vt paucis cum Paulo Iurif. *l. 2. de eo quod met. cau. lib. 4. P. tit. 2. de finiam*, vis, est maioris rei impetus, qui re pelli non potest, saltem commode. Nam vt ait Vlpianus, *in l. i. eod.* vis habet necessitatem impostam contrariae voluntati. Dixi commode saltem ei resisti non posse, vt doceam posse aliquando quidem vi facto resisti, sed si resistatur, metum adesse periculi: quod enim vi fit, id metu quoque fieri videtur, *d. l. i. §. fin.* & aduersum vim parum prodest custodia. *l. si reus, de acti. emp. in P.* Proinde quia haec late patent, variae sunt vis distinctioes, quia & variae sunt potentiae seu virtutes, quae ad aliqua etiam inuitos adigunt: alia itaque diuina vel eius permissioe, alia humana.
- 2 **V**is diuina vis, vis maior est, cui homines resistere nequeunt, quam Graeci *δὲ ἰσχυρὸς* dicunt, teste Caio, *l. si merces, 23. vis maior, loc. P.* vel vt Theophrastus, *l. 5. de cau. planta. ἡ δὲ ἰσχυρὸς αἰτία*, id est, causa diuinitus demissa. Vim tem pestatis calamitosam Vlpianus dixit, *in lex condulo, 16. §. si vis tempestatis, loc. 1. in P.* cui resisti non potest, vt puta fluminum, graulorum, sturnorum, & si quid simile acciderit. Eadem fere, sed latus alicubi Plinius, *lib. 18. cap. 28.* qui tamen ad caelestem refert iniuriam, cuius in sterilitate duas facit species: vnam tempestatis, in quibus grandines, procellae, & similia, quae cum acciderint, vis maior appellatur: haec ab horridis sideribus, vt sepius diximus, veluti ab Arcturo, Orione, Haedis. Aliam autem ex silente caelo serenisque noctibus fieri tradit, nullo sentiente, nisi cum facta sunt: aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis carbunculum appellantis. Vocat maiorem quoque vim caeli, quae pensionem remittit colono, Columella, *l. de re rustica, 7.*

¶ Vis humana, vel legitima, vel improba dicitur. Legitima illa erit, & quae legis est potestas. *l. si re leges, de legib. in P. l. 1. de iust. & iur. in P.* cuius virtus imperare, *l. legis virtus, de legib. in P.* & ea quae iuris habet executionem & auctoritatem, quae restitutionem in integrum, aduersus factum per eam, non admittit, *l. 3. §. 1. de eo quod met. cau. P.* Iuris quippe executio iniuriam non habet, *l. iniuriarum, §. 1. de iniur. in P. l. quemadmodum, §. magistratus, ad leg. Aquil. I* improba vis aduersaria iuri est, habetque semper dolum, *l. 2. §. doli mali, vi bonor. rapt. P.*

¶ Hanc diuidit Plato, *l. 9. & 10. de legib. de his tractat. in eam, quae in personam, & eam, quae in rem inferitur. Ad priorem, iniuriae, contumeliae, vulnera caedes pertinet: ad aliam, ingredi, vel sibi usurpare, vel auferre rem alienam, prohibere quae dominum vel possessorem, propria auctoritate rem possidere, habereve. Hanc iterum diuidunt in compulsiuam, inquietatiuam, expulsiuam, ablatiuam, & repulsiuam. *glo. in l. 1. C. de iis qua vi et met. cau. sunt, gloss. in cap. ad audiendam, in ver. causa, eo. apud Grego. adde c. feniuam. Compulsua, facta quodammodo necessitas imponitur, quae ideo turbatiua vel conturbans mentem dicitur: cui subuenitur per edictum, quod metus causa, *l. 1. §. 1. quod me. cau. P. l. metum, 9. §. ex hoc edicto, eo. l. si mulier, 21. §. si dos, eo. ca. 1. eo. ti. in 6. cap. 1. 15. q. 6. ca. 4. eo. tit. apud Grego. Ratum nec est ita gestum, sed in pristinum statum factum restituuntur. Actus enim hominum liberi esse debent, quia homo arbitrii liberi est: & si quid vi extortum, & metu est maioris mali timore, libere factum non videtur, *l. metum accipiendum, eo. Et* proinde considerat malum & eius metum, non vani vel meticolosi hominis, *l. metum autem, 6. eo. non leue, non modicum, l. nec timorem, 7. l. metum, 9. eo. l. accusationes, 10. eo. C. non leuiter minatum, d. l. metum, 9. P. ca. cum dilectus, c. 6. eo. tit. ap. Greg. sed* constantis viri, atrox, vt mortis, vinculorum, stupri, *l. isti quidem, quod met. caus. P. carcerum, l. pen. eod. nempe priuatorum, quos habere non licet, l. vni, de prima. carcer. C. in iura capitalium, ab eo, qui exsequi facile solet minata, l. si donationis, 7. C. de iis qua vi me. cau. sunt. & simillum, quae a sententia possunt inuitum mouere, constantem alioquin virum: vt si per potentiam extorqueatur res, vel factum, vel contractus, *l. fin. Cod. eo. vt per impressionem metu dignitatis, l. si per impressionem, 11. C. eod. Sola tamen dignitas sine alia impressione nec facit impressionem, nec metum, nec vim per se infert cogentem, l. ad inuidiam, 6. C. eod.*****

¶ Vim tamen se passum dicenti, dignitas facit contrariam praesumptionem, nisi luculenter vis probetur, *l. non est verisimile. P. eo. Neque hic inspicimus vim, quam sibi quis intulerit, vel propria फैलरिस conscientia, vel alia persuasione, sed ab alio illegitimae illatum, l. si mulier, eo. P.*

¶ Itaque quod metus causa, vbi vis atrox cogens, gestum erit: restituitur suo principio libero, si perfectum sit: vt si venditum praedium vi sit, & pretium datum, reddendo pretium, venditor & eius heres a quocunque possessore, ante tamen perfectam praescriptionem, possint repetere, *l. si vi, 3. C. de iis qua vi me. cau. sunt. daturque actio personalis, & in rem utilis, gloss. in l. 1. §. 3. in verb. quoque, eod. C. l. metum, 9. §. volenti, & §. fin. eo. tit. P. Sic in reliquis, & renuntiatione beneficiorum, *ca. 2. & ca. 4. eod. tit. apud Grego. c. 1. eo. tit. in Sex. dum modo spontaneus actus coactum non sequatur, per quem vis expiata sit, c. 1. eo. apud Greg. l. 1. eo. C. Quod si negotium vi factum, adhuc perfectum non sit, praetor dat quoque exceptionem metus: vt in perfectis, actionem ad rescindendum, *Vlpian. l. metum, 9. §. sed quod praetor ait, eod. tit. P. Nec* inter est visne facta fuerit a singulari persona, ana populo, vel curia, vel corpore, *d. l. metum, §. anima aduertendum. ¶ Fit autem ex hoc edicto, quod metus causa restituito, iudicis officio hoc modo, d. l. metum, §. ex hoc edicto, & §. item Iulianus. vt si per vim res tradita est, retradatur, & de dolo re promittatur, ne forte deterior res sit facta: si pecunia debita erit, quae accepta per vim facta est, restituatur acceptatio prioris obligationis: si per vim promissum, stipulatio accepto ferenda est. ¶ Quod si contrumax quis fuerit in rei restitutione metu vel vi extorta, vel si non obediit sententiae iudicis, intra annum, actione poenali in quadruplum teatur: post annum, in simplum, §. quadrupli autem, & §. item actio, de act. Vlpian. l. si cum exceptione, 14. §. si quis non restituat, & §. post annum, & §. hac autem actio, de eo quod met. cau. in P. In quadruplo simplum inest, id est, res, & triplum pro poena, *d. l. cum exceptione, §. sed & si quis, & §. quatenus. Actio tamen rei persecutoria per poenalem tollitur: & contra poenalis per rei persecutoriam, d. l. met. §. licet tamen. At contra heredes & heredum heredes metum vel vim****



compulsuam inferentis, pœnalis non dabitur: sed res & lucrum omne apud eos inuictum extorquetur: ne ex scelere & turpiter quæsitum, ad compendium heredum pertineat. *l. quod diximus, c. 6. §. si. c. l. videamus, 17. de eo quod met. cau. in P. l. 3. de vi & vi arma. l. sicut, de regul. iuris in P. l. in heredem de calumniat. in P. l. 1. ex del. def. in quan. hered. tene. C. l. 2. C. de hered. actio. Nec vlla temporis præscriptione in ea causa se defendunt, Cuius l. quod autem, 19. de eo quod met. cau. in P. habitatorum a tēpore litis cōtēstata, Vlp. l. quantum, 20. eod. §. Legē Iulia de vi publica etiam tenetur, qui per vim sibi aliq̄ obligauerit, & lex eam obligationē rescindit, vt scribit Martianus, l. qui cotus, 5. ad leg. Jul. de vi pub. P. Quod firmat Vlpianus, l. qui dolo malo, 10. eod. in legibus 12. tabul. lex, Vis in populo abesto. Nihil enim est exitiosius ciuitatibus, inquit Cicero, nihilque tam contrarium iuri & legibus, nihil minus ciuile & humanum, quam composita & constituta republica, quicquam agi per vim, & Cic. 3. de legib. §. Impetrantur hodie in Gallia ab officinis equitatis seu cancellariis regis, codicilli seu literæ dictæ, de reuision de contract. ou restitucion en entier, quibus iudices, ad quos diriguntur, iubentur, vt cognita causa doli, metus, fraudis, & vis, si qua sit, irritent eo nomine facta, vel rescindant, & restituant in integrum supplices.*

10 §. Inquietatiuam vim factis, qui non sicut possidentem vi re sua, arbitrio suo, siue arando, siue fodiendo, l. vim facit, 11. vnde vi. P. Item qui facit contra id quod prohibetur illi, l. 1. §. quid sit vi, quod vi aut clam. P. §. Ad reparatiōem eius, quod vi factum est aut clam, l. cum §. eo. per quod factum restituitur in pristinam faciem. Concurrat hoc interdictum interdum cum actione, quod metus causa, Vlp. in l. metus, 9. §. idem ait, quod met. cau. in P. Prohibito etiam si nihil ablatum est vel factum, fit per preterorem per interdictum retinendæ, §. retinendæ, de interd. Pau. l. 2. §. retinendæ, eod. P. vi possidetis: ait enim prætor, l. 1. vi possidet, l. 43. P. tit. 16. d. §. retinendæ, vt i eas ades, de quibus agitur, seu res immobiles, nec vi, nec clam, nec precario, alter ab altero possidetis, quominus iura possideatis, vim fieri veto. Et ita interdictum hoc, possessorem prædii a vi tuetur, l. 1. in §. interdictum, vi possidetis, in d. nec de proprietate iudicatum sit. Cui familia illa interdicta retinendæ, & prohibitoria, ne vis fiat, de itinere, actiue priuato, l. 1. de iur. act. pri. lib. 43. P. tit. 18. De aqua quotidiana & æstiuā per locum conuictum ducenda, l. 1. de aqua quot. P. De riuis rescindendis, l. 1. de riuis. P. De vsu fontis, l. 1. de fonte. P. De superficiebus, l. 43. P. tit. 17. Et pro rebus mobilibus proditum interdictum, vtrobi, sed interdicto, de interd. l. 1. vtrobi. P. quando super possessione earum quis inquietatur. Hodie in Gallia impetrantur literæ, quæ dicuntur manutentia, in rebus temporalibus, loco interdicti retinendæ: & in beneficiis, literæ quietionia, seu de Complainte, de quibus primum ius dicitur, vt de momentanea possessione, l. 1. si de momen. poss. sue. appel. l. 7. C. tit. 69. vocant recreance, quam postea sequitur definitiua sententia, quæ habet plenum possessoriū, possessionem inquam cum proprietate, ac si esset interdictum, habens causam proprietatis annexam, vt in l. 2. §. quedam, de interd. P.

14 §. Vis expulsiua est, cum quis de possessione rerum immobilium, & eorum quæ immobilibus adherent tantum, Vlp. in l. 1. §. hoc interdictum, de vi & vi arma. l. 43. P. tit. 15. deiectus est: aduersum quam quoque restitutio competit, per interdictum vnde vi. Sic enim prætor ait, d. l. 1. in prin. Vnde tu illum vi deieciisti, aut familia tua deiecit: de eoque, quod ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum post annum vero, de eo quod ad eum qui vi deiecit peruenit, iudicium dabo Pro vi compulsua hoc interdictum non competit, Vlp. in l. si reu. per de vi & vi arma. sed expulsiua tantū. Habet itaq; interdictū recuperandæ intra annū possessionis, vi deiectus, p. §. is qui deiecit, cogitur restituere possessionem: licet is ab eo, qui vi deiecit, vi vel clam vel precario possideat, §. recuperandæ, de interd. ap. Iust. l. 2. vnde vi, C. l. sed si vi, 14. de vi & vi arma. Vocat hoc interdictū recuperandæ pragmatici, la reentegrando, sicut & ius pontificiū, c. reintegranda, 3. q. 1. Et loco interdicti recuperandæ impetrata cancellaria regia, veluti ab officio iudicis, statuum, vt dicunt, querela, §. de nouis dissensionis, quo exprimunt se possedisse, & spoliatos vel deiectos a possessione. Quare ibi duo sunt probanda capita, possessionis seu facti, & deiectionis seu dissensionis.

15 §. Ablatiua vis est, quando possessio rerum mobilium vi auferretur, pro cuius reparatiōe, prætoria est actio, vi bonorum raptorum, furti, quas actio interdum ad exhibendum, iunat, l. 1. §. illud, de vi & vi arma in P. §. 1. vi bono rapt. ap. Iust. l. si cum exceptione, §. qui vim intulit, de eo quod me. cau. in P. Competitq; intra annum

in quadruplum, post annum, in simplum, l. 1. §. 2. vi bono rapt. P. Venit etiam quanti interest, d. l. 2. §. in hac actione, eo Nec prodest, vt liberetur a pœna hac ciuili raptor, si restituit raptam rem ante iudicium, l. pen. eo. nec penitentia contra actum crimen eluitur in hoc, l. qui ea mente, de furti in P. l. quis sit fugiuius, in prin. de ed. l. edit. §. Restitutio in vtraque vi expulsiua & ablatiua fit, vt diximus de statuto querelæ: modo qui se possessione priuatum dicit seu spoliatum, de duobus doceat extremis, nempe se esse deiectū vel spoliatum, & se possedisse, c. 1. 2. 3. 4. 5. q. 1. c. olim cassam, de resti. spol. c. cassam qua, qui sit legit. c. consultatomb. c. 10. Et ibi gl. in ver. possessionem, de offi. §. pot. sud, deleg. ap. Grego. De quibus si constet iudici, spoliatus ante omnia restituendus est, & prius de vi, quam de proprietate querendus, c. 1. c. in literis, §. conuenerit, 7. de resti. spolia. Calli. l. si de vi, 37. de ind. P. l. si quis ad se fundum, 7. ad leg. Jul. de vi pub. C. Atq; restituito prior, plena erit cum omni causa, nepe cum fructibus rei ablatæ, & accessoriis, l. si de possessione, C. vnde vi, c. gratis, de rest. spolia. Neque admittitur ad proponendam aliquam actionem spoliatus, quin prius restituerit, c. si, de ord. cognitio. l. 2. C. vnde vi, c. 1. de rest. spolia. in Sext. Stabituque iuramento spoliati, in ablati, l. si quando, vnde vi. C. ca. si. quod me. cau. §. Neque impeditur restitutio, si spoliatus obicit spoliatum prædonem esse, c. in literis, de resti. spolia. vel si deat rei deminū, c. 1. eol. fin. de vi, de ind. in P. l. C. de appella. vel præscriptio, l. si quis emittens, §. sed hæc, C. de prescri. 30. vel 40. ann. vel se compensatiōem facturum, l. si de compensat. l. 4. C. 1. 31. Tantus enim est restitutionis fauor, tantum & spoliatus in odiū, ne hæc possint facum aliq̄ facere delicto & audacie, neve auctoritas iudicis obici possit, qui nõ seruato iuris ordine, iussit rebus possessores priuari, l. mernerint, C. vnde vi, non principis rescriptū, l. 3. eo. l. nec damno. sa, de prec. Imp. offer. C. §. Proinde nec qui rem possidet ablatam, tutus a restitutione est, etiam si ignoret ab alio vi extortam, c. sepe, de rest. spoliato. c. reintegranda, 3. q. 1. & multo magis, si ciuerit. Atq; hanc restitutionem quilibet nomine spoliati, petere poterit, quāuis mandatum non habeat, l. vni, si per vim vel alio. mo. c. & eius nomine conuenire non solum spoliantem, sed & eum, qui mandauit spollationem fieri, vel deici, quia & is deiecit videtur, l. §. deiecit, de vi & vi arma in P. c. cum ad sedem, de resti. spol. l. hoc iure, 19. §. 1. de reg. iur. P. §. Obseruandum tamen est, spoliatum non restitui statim, si patitur spoliantem de suo dominio quod obicit docere, c. 1. de resti. spol. ap. Greg. Renuntiare enim videtur huic priuilegio. Quin & his, qui spoliati, manifeste exiure comuni, & statim vocatus, doceat de suo iure, certe restitutio locū non habet, c. si eod. in Sex. ad euitandum circuitum restitutions, prout in alia iura statuunt. l. dominus testamento, de condit. inde cū similib. §. Et vbi de possessori & petitori simul agitur, proprietatis præuolare debet in executione, c. cum dilectus, 6. de cau. possi. l. 2. Decret. tit. 12. trahit enim ad se possessionem, & iustior eius petitio, l. bona fides, de pos. in P. l. si rem alienam, C. de pigno. actio. c. 1. de sequens. posses. Et quāquam prædo fit etiam restituendus, & fur, vt diximus, c. in literis, de rest. spoliati. Hoc tamen intelligendum est, quando spoliatus est ab alio, quam a domino, a quo sit: racta res est: exemplo publicianæ actionis, quæ non domino contra detectores rerum pertinet, in alios tamen quā dominos veros, aduersus quos cessat, l. pen. c. si. de publ. in rem actio. l. 6. P. tit. 2. §. Nec; etiam omnis detektor exutus possessione, hoc interdicto recuperandæ vitur, sed is tantum, qui aliquo modo dicitur possidere, l. §. interdictum autem hoc nulli, de vi & vi arma in P. Nemo enim videtur amittere quod non habeat, l. nemo de reg. iur. l. si vnus se, C. de legat. Priuatioque habitum præsupponit, l. Julianus, de dno. in P. l. decem, de ver. oblig. P. Vt nõ videtur vi deiectus, qui nunquā possedit, l. 1. §. eum qui, de vi & vi arma. §. Pœna autem spoliantis vi, a modo quo vis infertur, pēdet: nam alia infertur vis armis, alia sine armis: alia publica, alia priuata §. item lex Iulia de vi, de pu. ind. apud Iustina. Vlp. l. hoc iure, 19. §. de reg. iur. P. Et proinde in epigraphice interdicti est hæc geminatio, de vi & vi armata. Sine armis vis infertur, quando temere quis propria auctoritate rem aliquam, eisi propriam, a possessore inuito extrudit, & sine iudice repetit, quæ coeretur iure ciuili, amissi iure iuris, quod quis in re sibi debere putat, l. ex stat. quod met. cau. P. l. 1. de suffrag. C. l. pen. ad leg. Jul. de vi priua. P. c. cum qui, c. 18. de prob. in Sex. in possessione, §. ad leg. Jul. de vi publ. C. c. 1. 16. q. 6. per interdictum vnde vi, quod respicit personam, cui vis illata dicitur, l. 1. §. 1. de vi & vi arma. Nam si uocua possessio esset, id est, a nemine possessa, restitutio quidelicum esse, vt in occupante, sed ius quod præsupponeretur in ea nõ fuisse amissum, putarem, gl. in d. cum qui in ver. volent. Et ibi Dumi.

Domi & Philip. de prob. in Sex. facit l. fin. C. unde vi, vide ibi Azon. m. sine. Et Vlpianus eum vi possidere, definiendum esse dicit, qui expulso veteri possessore, acquiritam per vim possessionem obtinet, vide l. inuentione, eo. tit. Et alibi Constantinus, in l. inuentione, §. Cod. unde vi. C. et lat. Si per errorem aut incuriam aliena possessa sunt, sine plena possessione iam restitui suber. §. Punitur itaque hec

vis ciuilititer, & criminaliter: ciuilititer, vt supra diximus quadrupli, & amissione iuris rei sue. Quod si res alienas quis inuenerit, tenetur & eas restituere, & vltra tantundem, l. si quis in tantam, C. unde vi. l. Christianis, de paga. C. §. sed ex constitutionibus, de interd. apud Iustitia, pertinereque ad violentum expulsorem periculum interioris rei, & accessionum, etiam si mora petendi ab spoliato facta sit, teste Triphonio Iarif. l. po. de vi & vi arm. l. C. de iis que vi me. cau. sunt. Perpetuo enim censetur fur & inuafor esse in mora, l. substracto, de fur. C. l. fin. de cond. furti in P. nempe irregulari, in ordinum criminis, sine interpellatione hominis vel diei, que regulariter moram constituit, l. quod te, si cert. per. P. l. si ex legati causa, de verb. oblig. P. l. magnam, de contrab. §. commisit stipulati. C. datuq; heredibus, & in heredes actio, in quantum dolo malo per ipso factum est, vel in quantum ad illos ex vi peruenit, l. i. hoc interd.

24. Eum & heredi, §. fin. C. l. 2. §. 3. de vi & vi arm. §. Criminaliter graffatores, praedones, qui cum telo in itineribus aggrediuntur viatores, vt spoliunt, vel capite damnantur, vel in metallu, vel in insulam relegantur, vel furca suspenduntur, l. capitalium, 28. §. graffatores, §. §. famosis, de pennis, in P. si armata in aliis vis deportatur, vt in praefati in offensua vi, §. Criminaliter autem lex Iulia de vi priuata, l. i. §. ne quid autem, de vi & vi arm. in P. l. si quis alium deiecerit, §. ad l. Iul. de vi priu. in P. si sine armis, punit vim, potissimum si conuocatis hominibus, vim armis inferatur. Et ea lege qui rem debitoris sui sine auctoritate iudicis occupauerit, tertiam parte bonorum mulctatur, & infamis fit, l. i. §. l. i. §. l. i. §. P. in possessione, C. ad. quomuis nullum interd. de vi, famolium sic condemnatione, l. neque unde vi, l. 3. de vi & vi arm. Teneturque hac lege, non solum qui conuocatis hominibus vim fecit, sed etiam nulli conuocati sint, nulliq; pulsati, per iniuriam tam ex bonis alienis quod ablatum sit, vt scribit Martianus, l. nihil inter est, §. ad leg. Iul. de vi priuata. Quamobrem ad legem Iuliam de vi priuata pertinet, si quis ex naufragio dolo malo quid rapuerit, l. i. eo. tit. quaquam & ciuilititer si punitur poena quadrupli, l. i. de incen. rui. §. nauis, in P. l. in eum, C. de furti, sine infamia, & aliis quoque constitutionibus, alio modo admittit hoc castigari criminaliter possit, pro modo peronatum & facti qualitate, l. Pedius, de incen. rui.

26. §. nauis, §. Ad poenam legis Iuliae de vi priuata eadem ratione & illi refectur, qui conuocatis hominibus vim fecerint, quo quis verberaretur, pulsaretur, nec tam en quifquam occisus erit, vt ait Sczuola, l. 2. ad leg. Iul. de vi priuata. scilicet sine armis: nam si cum armis esset ea conuocatio, etiam nemine occiso esset vis publica, teste Vlpiano, l. qui dolo malo, §. hac lege, ad l. Iul. de vi, publ. P. competeret nihilominus legis Iuliae de vi priuata actio, si verberatus quis fuit sine armis, conuocatio ne, l. 4. C. eo. §. Item qui cotum & concurrenti fecisse dicitur, quominus quis in iudicio produceretur: quive de alterius seruo quaestionem habuisset, Paul. l. 4. eo. P. Exstat & pignoris aliud edictum, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, l. i. §. 2. p. tit. 7. l. 1. Quo qui vi exemit debitorem, vel prohibuit, quominus in iudicium veniret, Paul. 4. ne quis eum qui ius vocatus est vi exi. P. iudicio in factum condemnatur, non quanti res est in veritate, sed quanti ea res est ab actore aestimata, de qua controuerfia est, Vlp. l. pen. §. in eam, eod. Si tamen vi exemtus, vocari in ius non poterat, nam cum vocari nequebat, qui exemit non peccat, quia qui vocatur non poterat vocare, l. i. §. fin. C. l. 2. eod. atque iudici supra iurisdictionem suam ius dicitur, impune

28. non obtemperat, l. fin. de iuris. om. iud. in P. §. Placuit senatui Patiensis eximentem a manibus apparitorum captum debitorem, debiti solutione & multa pecuniaria damnari, Pap. lib. 23. rhaps. aref. tit. 3. ar. 1. Baldus quoque tradit, in l. ad d. l. de epis. au. Ceripientem a carceribus, debitorem, teneri ac si pro eo fideiussisset. Quod omne Constantini constitutione probatum est, l. quoties, §. de exacto. trib. l. 10. C. vide ibi Luc. de Pen. Fabrum, & Ias. in §. penales, de actio. Quod putat verum Ioannes Bernardus Diaz, in tract. crim. cau. c. 9. vt teneatur ratum pro debitis illis, pro quibus erat quis in carceratus, vel rursus carceribus commendatus: non autem teneatur omnibus creditoribus. Probari & ego hanc condemnationem locu habere, quando agitur ciuilititer pro ereptione capti pro debito ciuili, vt & Lucas de Penna ratus est, in d. l. quoties, de exacto. trib. Alioquin is, per quem factum est, quo-

minus quis in iudicio venerit flata die, tenetur ad id quod interest est eo, l. i. cum suis §. de eo per que facta erit, quominus quis in iudicio sit, l. 2. P. tit. 10. §. Si autem de crimine agatur, & vi quis ereptus de manu satellitum seu accesorum, vel de custodia, aliud est adhibendum iudicium, & distinctio: aut quis tantum accusatum, quod ad iudicem ducebatur, aut conuictum & damnatum eripuit a custodia, vel dum duceretur ad poenam. In primo casu, si quis suspensum vel accusatum eripiat, distinguo adhuc, an iussu alicuius legitimi iudicis captus ducebatur, an sine mandato: si sine mandato impune arbitror eripi hunc, quia nemo debet in iudicio exhiberi, nisi prius de eius exhibitione index pronuntiauerit, l. si. de exhi. reis, C. Nec licet habere carceres priuatos, l. i. de priua. carc. C. Nec liberum hominem priuato permiffum constringere vel concludere, l. 1. 2. 3. de l. homi. exhi. P. Vnde qui concluderit ecclesiasticam personam, vt beneficium quod habebat episcopus, si praetatus sit, per triennium suspenditur a perceptione fructuum suarum ecclesiarum, & euratio ipso iure nulla est, priuaturq; qui obtinuit, ca. mitorum, de po. in Cie. Posset tamen in hac permiffa liberatione vis reprehendi, quod propria etiam auctoritate quis sibi voluerit hanc potestatem arrogare: nam idcirco iudicium viget in medio positus est, ne quilibet sibi permittat vltionem, l. nullus, de Iudeis, C. Posset & vis, si homicidium vel aliud crimen non misceatur, excusari in eo, qui contra hanc attetatum illegitime praehensionem sese defendit, vt repulsiuam vim repellere licet, vt diximus, l. vt vim, de iust. & iure. Quod si ex praepcepto iudicis, de quo fidem faciant satellites, praehensio & ductio in iudicium fiat, non possum excusare hanc ereptionem, quin poena digna sit: vocati enim non est, contemnere iussu iudicis, l. si quis ex aliena, de iudi. l. 5. P. tit. 1. In legibus Ciceronis, l. 3. de Leg. quas refert ad decemvrales, illa: *Magistratus non obediunt, & nocuum ciuem, multa, vinculis, verberisve coercento, nisi par maiorve potestas prohibessit, ad quos prouocatio esto.* Possunt enim, nisi prouocatio impediatur, exequi iussa manu militari si opus sit, Vlp. l. qui restituere, 68. de rei vind. P. Obediendum magistratibus, ad Roma. 13. funguntur enim auctoritate publica, l. quippe iudicare, de iud. P. potissimum si de maiorum iudicium mandato vocatus eximatur. Nam voluit Vlpia. si quis ad padaneum iudicem vocatum vi eximat, cessare poenam edicti, ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, Vlp. l. 3. §. i. ne quis eum qui, §. c. Quis & aliquando placuit senatui Tholosano, eum qui literas regias nuntio regio ademisset, & patere blasphemado detrectasset, infami multa publica dammandum, vltra pecuniariam, Pap. lib. 22. rhaps. aref. ar. 2. tit. 3. Erant enim regii nuntii seu lictores vel praehensores qui inde vocantur *Sergens*, quasi *Serre gens*, repulsati & iniuriam dum officium exequuntur patientes, reos faciunt, rebelles mandatis, vt edicto Caroli 9. cautum est. Illis tamen impune restituit, si de mandato no doceant: non autem, si doceant, l. prohibitum, §. de iur. sibi, l. 10. C. Neque enim illis creditur, si dicant se habere mandatum principis, vel iudicium, nisi exhibeant seu fidem faciant, l. i. C. de manda. princi. l. si qua per calumniam, de epis. §. cleri. C. cum in iure, de offi. deleg. ap. Gregor. exceptis tamen iis, quos licet sine mandato capere ob scelus priuilegiatum, imo, & repugnantem occidere, vt de latronibus, l. 1. §. 2. de iis qui latro. occi. C. maleficus, l. si de malef. §. mathe. C. transfugis, l. 3. §. fina. ad leg. Cor. de sicar. C. de sessoribus, l. 1. de deserto, l. 1. 2. C. l. 2. quan. lico. sine iud. se vindic. & aliis quibusdam placuit. Magistratus etiam praesentia, qui praehensionem habebat, vt Tholosa Capitolini, & ex cubiculum nocturnarum praefati, liberat a necessitate exhibendi mandati.

§. Quod si quis a custodia criminis reum eripuerit, & crimine, §. 0 & modus eripiendi inspicitur. In crimine maiestatis reum eripiens, reus maiestatis quoque intelligitur. Sic enim Sczuola loquitur, in l. 4. §. pen. ad leg. Iul. maiest. in eo tantum crimine arbitrantur, gloffa, in d. l. 4. §. pen. & Lucas de Penna, in l. quoties de exacto. trib. lib. 10. C. In aliis rursus distinguitur, num custodia sit auctoritate superioris decreta, an priuati: si auctoritate priuati, vt inde ereptionem veluti vindicantem iniuriam merito, non culpandum, sed laudandum putat Lucas de Penna, vbi sup. arg. c. fortiusudo, §. c. non in inferenda, 2. §. 4. quia & vis committitur priuata illa defensionem, l. 3. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 1. de priua. carc. C. Verum nec ego probo priuata auctoritate factum. Cur enim ad arma praetor vel iudex patietur concurrere, quos potest sua iurisdictione componere, l. acquissimum, de usufruct. P. Si autem custodia publica quis praepcepto superioris detentum eximat, inquiri rursus, an sine armis, an cum armis: si sine armis, legem Iuliam de vi priuata dicunt habere locum, quia factum est per exemptionem, ne in ius



prodiceretur: eo q̄ referunt sententiam Pauli, l. legis Julia. 4. ad leg. Jul. de vi pri. Si cum armis, lex Julia de vi publica locum habet vt colligunt ex Martiano, in l. lege Julia. 8. ad l. Jul. de vi publi. P. qui ea lege eum reperit respondit, *quis reum vincieris impederis ve quominus Roma intra certum tempus esses.*

31 ¶ Putarem tamen ego, cum & qui sine vi a mala mansione vincam hominem liberauerit, misericordia quantumuis ductum, dolo proximum esse: quia cum sciret cui rei, nempe iudicio pateretur, intemptiue in eum misericordiam exercuerit, vt ait Vipianus, l. si hominem, 7. de pos. P. Et qui miseratione custodiam dimiserit, militiam mutat, teste Neratio, l. non est facile, 14. de custo. reor. P. & tunc leuiter castigatur qui fraudulenter agens, capite punitur, d. l. non est, & l. milites, eo. tit.

32 ¶ Sed & hanc quaestionem Valentinianus, Valens & Gratianus CCC. paucis concludunt, l. ad commentariensem, 4. eod. C. vt commentariensis, ad quem receptam personarum custodia in carcere pertinet, eadem poena plectatur, quis is, qui fugerit, plectendus erat: ne eam euitare ex obligatione personae, quam carceri praeposuerat. Facit quod dictum est, *quia dimisisti hominem dignum morte, anima sua pro anima illius.* 3. Reg. 20. ca. de finium, 17. q. 4. Vnde & sic ille custodiebat D. Petrum, *Aluum*, 16. vincu, cum putaret illum euasisse, a pertis inuentis carceribus, metu poenae mortis se volebat interficere. Neque poenam euadunt custodes, si culpa pel doli in illis deprehendatur, l. de custo. reo. P.

33 ¶ Puniantur & recepti in carcerem, eo supplicio, quo plecti debebat crimen, cuius rei facti sunt, quamuis innocentes ab eo crimine inueniantur, si conspirauerint, vt ruptis vinculis & effractionis carceribus euadant, l. pen. eod. exceptis illis, qui conspiratione detexerint. Vt in aliis criminibus detegentibus ea, solet indulgenti, l. §. 1. de fal. monet. C. l. de desert. milit. lib. 12. C. cum similib. Saturninus etiam probat eos, qui de carcere eruperunt, siue effractionis foribus, siue conspiratione cum ceteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos, quod si per negligentiam custodum euaserint mitius puniendos, *Vlpian. in l. de effractione. li. 47. P. tit. 18.* Paulus quoque capite puniendos cum effractione fugientes tradit, *l. milites agrum*, 13. §. *quis fugam, de re milit. lib. 49. P. tit. 16.* etiam si ante eam poenam non meruerint. Item Paulus ait, *l. si quis aliquid*, 38. §. *miles, de poen.* *Niles qui ex carcere dato gladio eripit, poena capitis punitur: eadem poena tenetur, & qui eum, quem custodiebat, deseruit.* ¶ Nec mirum, quia carceres sacrosancti sunt, & publicis necessitatibus deputati, quos qui violat, maiestatis crimine irretitur, sicut qui usurpatius carceris priuati, l. vni. de priuata. care. C. Et qui eripit reos a carceribus, videtur crimen publicum admittere: quia poene eos subtrahit, quorum interit reipublicae delicta puniri, *l. via vulneratus, ad leg. Aquil. P.* Grauiusque delinquere mihi videtur, qui metu criminis & mortis solutus, violat carceres vel opem fert, vt effugiant rei, quam is, qui suspitione supplicii, & vt illud viter, nihil non audebit. Vt omnino absurdum visum non est, licere cuique sanguinem suum quolibet modo redimere, & ignoscendum ei ea ratione, qui aduersarium correperit, *Vlpian. in l. de bon. eor. qui ante sent. mor. sibi consciue. P.* Naturale studium viuendi est, naturale pericula subterfugere, durum, squalorem carceris experiri. Seruile quodammodo concludi, l. 2. de li. homi. exhib. P. Anceps & periculosum se iudicio hominum in reatu mortis subicere.

34 ¶ Dubius qui ppe litis euentus, l. quod debetur, de poen. P. & facilis innocentiae calumniatio. Quod Alcibiades exemplo & responso cautissimo docuit, is enim ad diluenda sibi imposita crimina vocatus in iudicium, *Plut. in Alcibiade vna* vt Athenas rediret admonitus, rogati cur recusaret, & nun suspensa haberet patriam, respondit, se patriae plurimum credere, vitae autem discrimen ne patri quidem suae committendum putare: fieri enim ignorantia posse, vt nigrum pro albo ferat lapillum. Nec multo postea, cum percipisset se vna voce a populo Atheniensis fuisse damnatum: at ego, inquit, ostendam illis Alcibiadem vltere. Neque omnino improbatum est factum Iphicratis, qui capitis reus factus, collocauit iunenes aliquot pugionibus instructos, qui iudicibus capulos ostendentes, tantum eis timorem iniecerunt, vt illi perterriti illum absolverent, auctore Polyeno, lib. 1. *Stratagematon.* Et postea cum esset illi post absolutionem obiectum, eum vi iudicibus illata, & timore armorum iudicibus iniecto, absolutum esse ita respondit: *Ego valde stultus sum, si pro Atheniensibus strenuus bella geram pro me vero non ita fortiter decerem.*

35 ¶ Quamuis Vipianus, l. qui dolo malo, 10. ad leg. Jul. de vi publi. P. & eum quoque in legem Iuliam de vi publica incidere dixerit,

qui cum telo dolo malo in continentem fuerit, vbi iudicium potest esse exercetur. Dinius Thomas, 2. secunde qu. 69. art. 4. Ber. q. 217. nu. 33. Et in illa quaest. late de poena fugientis a carcere disputat, quod notat, quod damnatus ad poenam capitis, si possit fugere & fugiat, non peccat. Proinde hodie mitius agitur cum carceratis fugientibus in Gallia, neque in fugitivos, eo ipso quod fugitiui sunt, fertur sententia capitalis, Oldradus fieri posse tradit, conf. 65. sine alia vocatione: sed postquam testibus de effractione vel fuga constat, vt canitur absentes iuxta formulam requierendorum reorum contumaciam, de qua in l. 1. de requ. reis, P. l. 1. C. eo. l. absentem, 6. de accusa. C. l. absentem, de poen. in P. in loco domicilij, dicto peremptorio, l. res. C. quomo. Et quam iudex. l. contumacia, 3. de reudica. lib. 42. P. tit. 1. voce praconis. Dehinc cognoscitur simul & de crimine, cuius rei erant, ob quod, si iuste inueniatur carcerari, quam poenam merentur, illa damnantur: si minus iniuste detentos fuisse appareat, poena non est capitalis carceres euasisse vel effregisse, *Pap. li. 23. rhaps. arest. tit. 2. ar. 1. per ea qua not. Bart. in l. vni eius, & ibi Saly. de proba. C. Ale. in l. de excimenda, §. si quis tam qui in ius voc. est vi excim.* Quod si qui aufugit, iterum deprehendatur, notio iudicis est, non de effractione, sed de crimine, quo accusatus ante erat: vt & Nouella Iustiniana statuit, §. *necessitate, ibi fugientes capiant* & §. *leg. vt iud. sine quoq. suffra. in auth.* Existimaretur nihilominus pendendum in poena statuta in eos, qui carceres effugiant, aut euaserint sine effractione, & sine vi, vt leuius puniantur: a cum effractione, vel occisis custodibus, vt seuerius, vt ve sicatili legitimis subdantur supplicii. Et haec pertinent ad vim commissam in ereptione rei accusati tantum.

¶ Quid autem statuendum sit, si eximatur reus supplicio vltimo condempnatus, dum ad supplicium ducitur, videamus. Plurique distinguunt, an iuste vel iniuste damnatus quis sit: vt si iniuste, liceat ei petere supplicio, & opus laudabile sit, *Luc. de Pen. in l. quoniam, de exalto tributo. lib. 10. C. Ioan. Diaz in tract. crimina. cano. 95. Albe. in l. additios, de episc. aud. C. gl. si. in can. non inferenda, 24. q. 4. glo. 2. in c. reos, 23. q. 5.* Quia scriptum, *Prouer. ca. 24. Eripe eum qui ducitur ad mortem.* Et quod Moses, cum vidisset Aegyptium iniuriam Hebraeo inferentem, vindicauit, & eum prostravit, *Exod. 6. 2. ca. non inferenda, 23. q. 4. c. opponitur, de poen. dist. 2.* Si autem iuste damnatus, non licere impune eripere, quem admodum & leges statuunt, l. dilectos, de episc. aud. C. l. additios, 29. de ap. lib. 7. C. tit. 6. Opinor ego neque iniuste indicatum auctoritate priuata posse eripi, quia datur remedium aduersum si nentiam iniquam in reos prolatam, cui libet prouocandi, nempe facultas pro reo, d. l. add. eos etiam inuito, l. non tantum, de appellationibus. P. Et Vipianus recte respondit, l. non est singulis, 137. de reg. iur. in P. non esse singulis concedenda, in quod per magistratus possit publica fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. Eaque prouocatio suspenditur iacti iudicium: alioquin lege Iulia de vi publica teneatur, qui cum haberet imperium potestatem, etiam si improuocationem, reum necauerit, verberauerit, ferat, iusseritve quid fieri, *Vlpian. l. lege Iulia. 6. ad leg. Jul. de vi publi. in P.* Aique quae proxime dicta sunt de M. yse, iam ypum habent potestatis illi fere concessae. Dehinc & Zelus fidei excusationem habet, vt supra in homicidio docuimus. Sed & rel qua, quae de erudendis reisa morte dicuntur, referenda sunt ad modos legitimos, non ad priuatorum temeritatem. Cum & liceat etiam delinquentes eripere supplicio, legitimis aliis modis, vt in recessione, iure asyli, vnde glo. in c. non inferenda, c. hi qui, 14. q. 6. gl. 6. Et tex. in c. reos, 23. q. 5. & aliis licitis medijs.

¶ Si enim vis concederetur pro arbitrio, vix inquam aliqua, quantumvis iusta sententia, supplicii ferretur, quin aliquo preteritui iniustitiae eluderetur, vi temeritatem fouente. Interest autem reipublicae, sententias iudicum mandari executioni, propter auctoritatem rerum iudicatarum, etiam si male iudicatum sit, l. seruo inuito, §. cum praetor, ad senat. Trebell. P. l. si praetor, de iud. l. fin. ne quid in lo. pub. P. cum praefatur semper pro iud ce, donec contrarium appareat, cap. in presentia, cap. 6. de renuntiatio. libr. 1. Decret. tit. 9. Existat & caput legis Iuliae de vi publica, in eos, qui dolo malo fecerunt, quominus iudicia tuto exercentur, aut iudices vt oportet iudicent: vel is, qui potestatem imperiumve habebit, aliter, quam ei ius erit, decernat, imperet, faciat, *Vlpian. l. qui dolo malo, 10. ad leg. Iuliam de vi publi. P.* Proinde incidit qui hoc amolitur, in poenam interdictionis aquae & ignis, d. l. qui dolo malo, §. fin. cui hodie succedit deportatio, l. 3. ad leg. Iuliam. pecul. in P.



De Vi offensa. Cap. 26.

- 1 *Nocendi plures viae.*
- 2 *Et quis dicatur resu legis Iuliae de vi publica.*
- 3 *Armorum & armorum appellatio quid contineat.*
- 4 *Teli appellatio quid contineat.*
- 5 *Armorum & bellorum potestas penes solum principem.*
- 6 *Arma non ferenda in concionibus, in palatio.*
- 7 *Armatores incedere per vias poenis edictisque regum prohibitum.*
- 8 *Gladium cingere tantum multisvis permissum expeditionis tempore.*
- 9 *Miles habere priuatis hominibus interdicitum.*
- 10 *Vis publica alius criminibus miscetur.*
- 11 *Vis repulsua quomodo impunita.*

Late & longeque diffunditur vis offensa, quia multa genera sunt officendi, in quibus vis interuenit, sine armis, & armata. Proinde paucis rem illustrare contentus ero, & colligam quaedam insigniora capita ad publicam vim pertinentia, vnica conclusione nevr quoadcunque quis arma telaque habet, praeter viatoria & venatoria, & commercii causa, l. 1. 2. ad leg. Iul. de vi publ. l. 48. Patit. 6. autis illegitime vitur, l. 3. & pen. & s. eod. vel coetum hominum prohibitum colligit, vel eo vitur, l. qui ceteri, s. eod. vim publicam exercere dicatur, poenaeque legis Iuliae de vi publica reus.

¶ **A**rmorum appellatio porrigitur a Caio, l. armorum, 4. de ver. sig. non tantum ad gladios & galeas, sed & ad fustes & lapides. Et idem Iustinianus explicat, §. sed ex constitutionibus, de merd. Paul. l. armorum, 9. ad leg. Iul. de vi publ. Vlpianus quoque, l. 3. §. armis deiectionem, de vi & vi ar. P. arma dicit omnia tela, hoc est, & fustes & lapides, nec solos gladios, hastas, frameas, rompheas, & his vim armatam fieri. Idem & Martianus Celsus, l. fin. que res exportari no deb. lib. 4. C. ius. 4. Arma, inquit Varro, s. de ling. Lat. ab arendo, quod his arceamus hostem. Hinc Lucretius, de rer. natu.

Arma antiqua, manus, ungues, dentes, fuerunt.
Fellus, vide Cicer. l. Tuscula & pro Cicer. Valerium, l. 10. de re milit. c. 2. ab armis seu humeris dicta proprie putat, quod ex his pendebant gladii, tela, & reliqua id genus. Item forsitan proprie arma, quae armos defendebant & tegebant.

¶ **V**nde a telo differunt: telum namque illud omne tantum potest dici, quod mittitur vel mitti potest, §. item lex Cornelia de sicariis, de publ. ind. Cuius, l. si ignore, §. si scire, de furt. l. 47. P. tit. 2. in lege Iulia quoque de vi publica, telorum appellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, continentur, l. pen. ad leg. Iul. de vi pub. Attamen notandum est, in prohibitione armorum ferendorum, non contineri saxa vel lapides deferentes. Et ita declarauit Senatus Mediolanensis praetori Alexandriae 13. Octob. 1558. Item & voluit appellatio armorum non contineri cultellum, 6. Octob. 1554. vt refert Iulius Clarus, l. 5. sententia. §. fin. praet. crimin. q. 82. stat. 6. nu. 4.

¶ **I**ure ciuili itaque prohibetur priuatis, arma facere, emere, habere, deferre, exceptis cultellis, ne inde necis occasio oriatur: poenaeque imponitur iis, & qui vendiderunt, quise non vindicauerunt, constitui. nouella de armis, coll. 6. tit. 23. l. 3. ad leg. Iul. de vi publ. in P. nullisque mouendorum armorum licentia inconstituta principio datur, l. vni, vt armo. vsus in scio principi, inter d. sit. l. 1. C. ti. 46. Instrumenta quippe bella, arma sunt. Belli autem potestas penes principem est, ca. quid culpatur, 23. q. 1. vel penes eum, qui vices principis gerit in prouincia sibi decreta regenda, ex causa, quae dilationem & moram consulendi principis non patitur: aliter, vt opinor, nequaquam tempore pacis. Sic in formula Comitum Cassiodorus scribit, lib. 6. Varia, cap. 1. nomine regis Gotthorum, *Violantes nostra pietas excoratur, in causa possunt sura non brachia: nam cur eligant quareque violenta, qui praesentia probantur habere iudicia: Idem enim emolumenta iudicibus damus, ideo tot officia diuersis largitibus continemus, vt inter vos non sinamus crescere, quod possit ad odium pertinere. Quod & placuit Iuriscoisultis, l. aequissimum, de vsufr. P. Et vt dicebat Terentius, in Eunuch. Omnia prius experiri, quam armis sapientem decet.*

Sic Clytemnestra, Apud Eurip. in Iphigenia in Aulide, act. 4. vers. 120.

*στρατός τ' ἀν' ἑμὴν ἴαλο μ' εἰ τὰ πρὸς γυμνασία
λελοισμένους πρὸς ὄσσην μάχων, ἢ ἀδέρν, id est,
Nec me exercitus culpa uerit, si vos gesserit
Civitate potius & prudentia, quam viribus.*

Lucius Domitius, Valer. Max. li. 6. ca. 3. Cicer. Verri. 7. cum Sicilia am pro praetore regeret, eximia magnitudinis apro ad se delatus, adduci ad se pastorem, cuius manu occisus erat, iussit, interrogatumque quomodo eam bestiam confecisset, postquam intellexit usum venabulo, crucifixit: quia ipse ad extirpanda latrocinia, quibus prouincia vastabatur, ne quis telum haberet, edixerat. Magni Pompeii in tertio consulatu, inquit Plinius, lib. 34. cap. 14. exstat edictum, in tumultu necis Clodianae, prohibentis vllum telum esse in vrbe.

¶ **F**uit aliquando lex Charundae apud Tyrios, post conciones ciuium pacataeque per eum seditiones, vt si quis eas cum ferro intrasset, continuo interficeretur: quam ille proptia morte sanciuir, cum liceret etiam culpam suam diffimulare, vide Valer. Maxi. lib. 6. ca. 1. in fine. Cauent etiam Philistini, quando imperabant Israeilitis, ne esset Faber Ferrarius apud eos, ne forte facerent Hebraei gladium, vel lanceam, 1. Reg. 13. Exstat lex Infubrum, §. ad palatium, de pace tenend. & eius viol. lib. 2. Fund. titu. 27. apud palatium comitis, nullus etiam miles ferat arma, nisi rogatus a comite. Et eorundem etiam lege cautum, §. si quis rusticus, eod. titu. si quis rusticus arma vel lanceam portauerit, vel gladium, iudex, in cuius potestate repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos soluat.

¶ **F**ranciscus primus huius nominis Francorum rex, prohibuit 9. Maii 1539. editio, Ordinance de n' aller armez, masques, deguis, ni porter harquebuzes, pistoles, &c. ne posthac quis armatus per itinera, ciuitates, sylvas, vel nemora vel oppida, potissimum latuatus, incederet: demtis qui ordinibus adscripti essent militaribus, & vexillum ducis regii sequerentur auctoritate publica: indixitque huic delicto bonorum proscriptionem, parte dimidia fisco, alia delatori permissa, & poena arbitrio iudicum. Ademit item eodem editio, priuatis usum archebustiorum & machinarum ignearum: quod alia constitutione repetiit, 16. Iulii 1546. Item Henricus 2. alia, 25. Nouemb. 1548. & rursus 28. Nouemb. 1549. Iterum 7. Decemb. 1558.

¶ **I**us tantum militibus ferendi gladii & arma dabatur, temporeque tantum expeditionis: vnde Cingulum, quo ensis pendebat, proprium militum insigne, l. pen. de milit. testa. in P. Et Martialis alludit Parazonio loquens, epig. li. 14. epig. 32.

*Militia deus hoc, & grati nomen honoris,
Arma tribuunt ius cingere digna latas.*

Et pertinent quae de testamento in proximo factis dicta sunt a Iustiniano, §. 1. de testa. Pluar. in Coriola.

¶ **Q**uia tunc, cum in aciem descendebant, cingebantur gladio. Proinde lege Iulia de vi publica, prohibitum habere milites seruos, scilicet armatos, in vrbe aut ruri, veluti Buccellarios, Ilauros, l. fin. ad leg. Iul. de vi public. Cod. Et Archadi. & Honorius, l. nemo, 13. de re milit. lib. 12. Cod. titu. 36. quinque libratum auri multa eos iubent puniri, qui in obsequio priuato milites haberint, & ipsos milites militia exutos plect. Dionysius Syracusanus Tyranni Dionysii filius, arma ademit quibus parum fidebat, Diad. Sicul. li. 16. Bibliot.

¶ **N**ec valde difficile erit hinc colligere, esse crimen legis Iuliae de vi publica, quando seditio fit, villae expugnantur, obfidantur: si in turba cum telo quis fuerit, si raptus fiat, si homicidium cum armis, l. 5. & pen. ad leg. Iul. de vi public. P. Sed haec habent quoque alia crimina admixta, & idcirco vltra vim haec committentes, aliam animaduersionem patiuntur, l. quoniam, multa facinora, 6. eod. Cod. de qua suis locis. Talia sunt incendere, stuprum vi committere, l. 3. eod. P. l. 5. §. qui vacantem, eod. noua vectigalia, id est, vi plus quam oporteat ex vectigalibus exigere, l. si. eo. in P.

¶ **S**ed num vis repulsua, quando vim quis sibi vel rebus suis illatam propulsat, digna sit poena legis Iuliae de vi publica, vel priuata, non inutiliter quaeritur. Et certe venia aliqua hanc dignam esse, supra in homicidii excusatione monuimus. Si armis aggredientem confestim armis repellamus, non ex intervallo, l. 1. §. enim quis, & l. 3. §. eum igitur, de vi & vi arma. P. et cum moderamine inculpatae tutelae, l. 1. Cod. eod. titu. nos tueamur. Si aliter vim effugere non possimus, l. scientiam, §. qui cum aliter, ad leg. Aquil. P. Verum non omnino impunitum illud esse mihi videtur, quod factum est cum armis, quae habere prohibitum est, & quidem non puniendum euentum, sed quod antea puniendum erat, dico: nisi casu fortuito arma verita aduenerint, vel aduersario erepta vel extorta sint, quibus se tunc defendunt.



De Pœna propria vtriusque capitis legis Iuliae de vi publica. & priuata. Cap. 27.

1 *Iulia legis de vi publica propria Pœna.*
 2 *Equis adimti militi per ducentm pœna.*

Pœna ¶ criminalis, vt monuimus, legis Iuliae de vi, considera-
 tur pro modo alterius delicti in quod incidit, si maior pœna
 eius sit. Ceterum, propria pœna est, De vi publica, aquæ & ignis
 interdictione, apud Paulum, *l. qui dolo, 10. §. si ad leg. Iul. de vi publ. in*
P. cui hodie successit deportatio, l. 3. ad le. Iul. pec. in P. §. item lex
Iulia, de pub. ind. Constantinus Cæsar, eum qui vialium de posses-
 sione deiecit, statuit in insulam deportandum cum abrogatione
 bonorum, *l. si quis fundum, 7. ad leg. Iul. de vi pu. C. Valentinian.*
 Theodosius & Arcadius, *l. seruos, 8. C. eod. l. seruos, qui vim fecisse*
probatu fuerint, statuit in insulam deportandum cum abrogatione
tuerunt: si iussu domini, metallo, domiciis infamibus pronuncia-
tis, loci ac originis dignitate priuatis. Item viles personas, & infam-
is feuerius puniendos: imo & iudices, qui violentiæ crimē pun-
nitre distulerint probatum, vel mollius quam par sit punierint,
graui infamia notandos. Leo & Antoninus CC. l. si. C. eo. eos qui
armatos habuerint, iubet pœna centum librarū auri condemna-
ri, & seuerissima vindicta. ¶ Imperator Orientis Theophilus, l. 1.
iuris Orient. in consit. 5. Theoph. ¶ et in d. ap. 2. y. s. v. m. v. ducentm
quendam dignitate spoliant, & exilio perpetuo damnauit, quod
militem strenuum equo, quem sepe ex bello incolumem extu-
lerat, priuasset, & tanquam suum imperatori donasset, eiusque
equi inopia, miles suis postea interisset: iussitque viduæ mili-
liti restitui equum, & bona ei liberisque eius adiecit. In Gallia iu-
dices seculares, puniunt pœnis comprehensis in constitutioni-
bus regis, qui in hanc legem offendent, non solum laicos, sed etiam
clericos arma verita deferentes: & hoc licere dicunt ex priuile-
gio summi pontificis regis Franciæ & eius magistratibus, in ca-
sibus, qui priuilegiati dicuntur, Chassa. ad §. 5. ad verb. s. elni a grace,
in. 4. 8. & 80. in l. des iustices, in consuet. Burg. Et iure communi
pontificio, quanquam de crimine clerici neque ciuilitate neque
criminaliter coguoscere possit iudex secularis, ob priuilegium
clerici, c. si clerici, de iud. c. 1. & 2. 1. 1. q. 1. c. 2. de for. comp. tamen si cler-
icus deserat arma militaria, & tertio motus a suo episcopo ea
deponere non obtemperauerit, omne priuilegium amittit clerical-
itate, & relinquitur puniendus iudici seculari siue alia exauetora-
tione seu degradatione, c. in audientia, & ibi Sicut de senten. excom.
g. in cle. 1. de offi. ord. Et clericus arma deferens potest capi a iudice
seculari, & puniri pœna pecuniaria, non corporali, l. addictos, de
epif. aud. C. & ibi gl. in ver. vindicetur, & Ioan. Faber. quia & clerici
et armorum vltus interdictionis, c. 2. de vita & hon. cler. Et placuit
pluribus interdictione armorum, quæ ad pacem & tranquillitatem
pertinent, ligare clericos etiam, Didac. q. 3. nu. 7. in pract. §. 11. 2.
resolutio. c. 2. quod pertinet ad pœnam pecuniariam: si autem de
corporali agatur, remittendi erunt ad suos ecclesiasticos iudices,
Joan. de Pl. in §. item lex Iulia de publi. ind. ap. Iustini. Reus legis
Iuliae de vi priuata, tertio parte bonorum multatur, & infamis
fit, Mod. l. si ad leg. Iul. de vi priu. Marti. l. 1. eo. 2. C. ad leg. Iul. de vi
publ. Putat & glossa, in l. quoniam multa facinora, in ver. relegatio-
ne, C. ad leg. Iul. de vi pub. & in l. 2. eod. relegationem esse pœnam
vis priuata.

De Crimine legis Iuliae Repetundarum, vel de Repetundis. Cap. 28.

Lib. 48. P. tit. 11. Lib. 9. C. tit. 27.

- 1 *Magistratum integritas exigitur summa, etiam a suspitione mala aliena.*
- 2 *Qua Dona accipere potest magistratus impune, & de lege Junia, & Cincia. eod.*
- 3 *Munera exca: ant accipientes.*
- 4 *Iudices nihil ultra salaria accipere debent.*
- 5 *Et 4.*
- 6 *Repetundarum crimē publicū est & eius capita, & pœna. 6. & 7.*
- 7 *Iudices corrupti quæ pœna puniuntur, & si corrumpere tenent: & quæ sit pœna horum in Gallia 9 & 11.*
- 8 *Iudicium accelerandi causa, nec dare nec accipere licet iudici.*
- 9 *Iudicium corruptorum foribus pœna, & in hoc odium Tiberii, Claudii, & Alexandri Severi, Cesarum. & num. seq. 13. 14. 16. & 17.*
- 10 *De Repetundis lex duodecim tabularum.*

Seruius Glaucia. 1. 8.
 19 *Officio ne alio modo quam debeat fungatur accipiens, repetundarum tenetur.*
 20 *Repetundarum legis alia capita. 2. 1. 22. & 23.*

Tanta ¶ in iis, qui rem publicā administrant, requiritur inte-
 gritas & fides, vt non solum a malo, sed etiam ab omni mali
 suspitione alieni esse debeant, æquoq; iudicio, prout vnaque que
 res exigit, iudicare debeant: que summe pere requiritur, vt ode-
 rint auaritiam, Exod. c. 18. nos de hoc plura li. 2. Prelud. op. Iuris. c. 37.
 Etenim bonus iudex abstinere debet a gratia, odio, & pretio,
 c. episcopus, §. si ergo. 1. q. 3. nec munera accipiet: exceptis quibusdā
 edulis, quæ vno die consumi possunt, eaque raro, Plin. Junior. lib.
 4. epist. d. m. de Iunio Bassi agit accusations, & l. solent. 6. §. fin. de offic.
 procons. & l. P. l. pleb. scito. 18. de off. praesidis. P. Et iure Nouellarum
 nunquam, nisi non habeat stipendia, §. scriptum est, vt iudic. sine
 quoquo suffra. in aut. col. 2. Prohibetque lex Iulia repetundarum,
 quæ vult magistratum ab omni forde alienum, ne plus doni mu-
 neris in anno accipiat, quam quod sit centum aureorum, l. eadē
 lege. 6. §. fin. ad leg. Iul. repet. Et lege Cincia, quippiā magistratibus
 accipere prohibuit, ait Cicero, pro lege Manilia. ¶ Ad stipula-
 tur et ius pontificum, c. sanuum. 1. §. in super. de rescrip. in 6. Mu-
 nerum acceptatio est præuicatio veritatis, c. qui recte. 1. q. 3. c. vō
 licet. eo. c. non sane. 14. q. 5. Et iudex cupidus cito vendit iudicium c.
 pauper. 11. q. 3. Et xenia & dona excauant oculos iudicum: & quasi
 mutus, in ore auertit correctiones earum, Eccles. 20. Excauant etiam
 prudentes, & subuertunt verba iustorum, Exod. 24. Monent
 Gratian. Valentinianus, & Theodosius CC. l. 3. C. ad le. Iul. repet.
 iudices & cognitores omnes, vt a pecuniis atq; patrimonii ma-
 nus abstineant, ne que alienum iurgium putent esse suam prædā.
 ¶ Jurabant, l. sancimus. 6. C. eo. antiquis iudices, & quid pro-
 uincias moderandas mittebantur, exceptis solis salariis, nihil pe-
 nitus tam in administratione positos, quam post depositum offi-
 cium, pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis
 quam gratuito meruerunt, accepturos. ¶ Valerius Maximus, li.
 4. c. 3. duobus maxime collabi. Rem publicā dixit, Venere, & cu-
 piditate eorum qui præfunt. Vt non immerito Sophoclem col-
 legam in prætura Pericles monuerit, & oculos & manus prætoris
 continentes habere debere, Cicero. 1. offic. Valer. Max. ubi sup. Sic
 Iustinianus §. oportet. de mand. princ. in aut. coll. 3. & nouel. 25. de
 pretore Lycaonia, est rubr. vt iud. sine quoq; suffra. in aut. In iura-
 mento administrationes accipientium adicit, Oportet se pure iu-
 ramentum administrationem, & sine omni suffragio, præ omnibus aliis,
 mundas seruare manus Deo, nobisque, & legibus: & nullum contin-
 gere lucrum, neque maius, neque minus, & hon. eorum quoque
 Hæliastarum iudicum Athenis, illud inter alia continebat, de quo
 Demosthenes, contra Timocratem. vō δὲ δὴ ἐξ ἀλλοτρίων τῶν ἰσχυρῶν
 ἀνεξ, ἢ τῶν ἀλλοτρίων ἀλλοτρίων, ἢ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιδοτῶν, ἢ τῶν
 ἀλλοτρίων ἀλλοτρίων, id est, iudicium causis neque dona munerum
 vlla accipi-
 piam, neque in meam rem alius, sed neque vllam artis fraudem ali-
 qua, quicquam accipere patiatur, si dolo malo ἀποχρησῶ. Pariter ma-
 gistratus Atheniensium, idipsum iurabant se non facturos, & si
 tecus facerent, statuum auream pœnæ nomine Delphis erēdu-
 ros, teste Iulio Polluce, li. 8. Onoma. & Plutarcho, in Solone. Exci-
 pit tamen lex Iulia repetundarum quasdam personas, a quibus
 accipere magistratibus permittit, quod in his suspicio mali cesset,
 & sobrinos, & proximiores, & uxorem, l. 1. §. si ad le. Iul. repet. in P.
 dummodo negotii aliquid non sit cum iis publici. Nam nec ab
 iis, si de officii causa agatur, accipere licet, l. lex Iulia. 7. eod. P. Ab
 aliis autem, si officio eius non egeant, & licuit eadem lege acci-
 pere vique ad aureos centum in anno, non amplius, l. eadem lege.
 6. eod. P. ¶ Iuriconsulti huic legi repugnantem noluerunt im-
 punitum esse, & crimen hoc publicum esse voluerunt repetun-
 darum pecuniarum, l. si ad le. Iul. repetum. C. Hoc multa habet ca-
 pita pertinentia ad pecunias, quas quis in magistratu, potestate,
 curatione, legatione, vel quo alio officio, munere, ministerio
 publico acceperit, l. 1. ad le. Iul. repet. C. vt que muneris sunt omittat,
 vel non facienda committat & faciat. Item comites earū per-
 sonarum, si per suaserint, vel quid ob id acceperint, eodem cri-
 mine tenentur, Marc. in l. 1. §. l. comites, §. eod. in P. & pro eis ii quo-
 rum sunt comites & de mesticis, d. l. 1. eod. C. ¶ L. Piso Tribunus
 plebis legem primus de pecuniis repetundis Censorio & Man-
 lio Coss. tulit, vt scribit Cicero, in Bruto seu de claris orator. quam
 Iulius Cæsar collapsam videtur releuasse. Pœna hinc duplex, nu-
 maria & criminalis: numaria restituit in integrum, l. 1. §. si. C. ad
 leg. Iul.

leg. Jul. reperi. quae & in heredes intra annum compet. l. 2. & l. pen. cod. l. lite contestata, non autem sine contestatione, l. Iulianus, 16. de iud. in P. l. vni. ex delicti. def. in quant. hered. tene. C. l. lex Iulia. §. hodie ad leg. Jul. reperi. P. Criminalis extra ordinem imponitur, pro modo effectus subsequenti, ut latius in exemplis subiciemus: primum tamen satisfaciendum laesus eius rei causa, §. si quis autem de administrat. in aurb. coll. 7. si. de poe. iudi. qui ma. iud. C. l. placet. 9. de excus. numer. li. 10. C. l. per aquator. 6. de censibus. lib. 11. C. tit. 58. Hac ergo tenetur primum, qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum decernendumve acceperit, Marc. l. 3. ad leg. Iul. de reperi. P. & l. lex. Julia. 7. eo. Qua poena autem puniatur, docet factum quod inde secutum erit. Nam qui vt innocenter damnaret morte pecuniam acceperit, & ipsi capite puniuntur, vel deportatione. Idem si pecuniam non acceperit, sed iracundia quem non debebant condemnant, d. l. lex Julia, §. si vide Boer. q. 153. n. 9. 10. & 11. Tugitur enim hic sicarii crimen & poena, l. 1. & 4. ad le. Cor. de falsis. P. Constantinus eum, qui pretio, aut gratia perperam iudicauerit, in aestimationem sumtus, litisque & in famia condemnandum statuit, l. si. de poena iudic. qui male iudic. C. Ex nouella Iustiniani, §. si quis autem ex litigatoribus, ut lingua. in exor. lit. iur. in aurb. coll. 9. si. 5. unde summa aurb. nouo iure de poe. iudic. qui male iudic. qui acceperit, vel promissionem suscepit, si causa pecuniaria sit, dati triplum, promissi duplum, a comite priuatarum rerum exigi iuberit, dignitate seu cingulo amisso: Si vero causa criminalis fuerit, confiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur. Sed & placuit Diocletiano & Maximiano, l. venales. 2. quan. prouoc. non est nec. li. 7. C. tit. 64. vae ales sententias, quae in mercedem a corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra prouocationis auxilium, ipso iure infirmas esse: vt quando etiam arbiter compromissarius sententiam dedit per fordes, aut dolum, aut euidentem gratiam, per exceptionem impeditur exsecutio, & vitatur compromissi poena, l. 3. de arbit. C. Vp. l. ita dumum. 46. §. si. 50. tit. P. Sed & iudex, qui in fraudem legis sententiam dixit, si euidentis eius arguatur gratia, vel inimicitia, vel etiam fordes, id est, corruptio per pecuniam, litem suam facit, vt teneatur ad litis aestimationem, Vp. in l. si situm. 15. de iud. P. Valens & Valentinianus statuerunt, l. vnusquisque. vbi causis, vel dimine dom. C. de li. 3. C. tit. 26. iudices depre-dationes facientes & extorquentes a subditis, igne & flammis comburendos esse. Liberam & istius criminis culibet tribuunt accensationem Caeris, l. 4. ad le. Iul. reperi. C. Alibi quoque cautum, l. iudic. 12. de dignis. li. 12. Ciuidices, qui fe furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorum insignibus, & honore exors, inter pessimos quoque & plebeios habendos. Et primum illi purgandi sunt, per quos aliorum culpa feruntur, c. qui sine. C. c. iudicet. 3. q. 7. Iustinianus iudicem in administratione existentem furti reum, aurum accipientem, confiscatione & exilio afficit, & in corpus verbera & supplicium iubet inferri, §. si quis autem prater haec. vt in d. sine quoq. suffrag. coll. 3. tit. 2. Propter furtum admissum in magistratu, & placuit quoque iudicem sua sede deiici, alio subre-gato, & de poena ad principem negotium refert, h. quos. 3. de off. praetor. Ori. & lly. C. Alia poena a Venuleio recensetur, l. eadē lego. 6. §. 1. ad le. Iul. reperi. eius legis damnatum, nec testimonium publice dicere, vel iudicem esse posse, & postulare prohiberi: damnatus enim crimine publico, infamis est, l. infamem. de pub. iud. P. Iulius autem Paulus in hac verba respondit, l. 5. recep. sent. i. i. n. 30. Iudices pedanei si pecunia corrupti dicantur, plerumque a praeside acuria submouentur aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur. Si quidem salarium a publico accipientes, si quid ultra accipiunt, quam a principe permittum est, vt calumniatores & concussores damnantur, c. milit. i. re. 23. q. 1. l. in §. quib. de re milit. C. & i. ne ope. a collato. exig. C. Nec debet licere iudicibus vendere iustum iudicium, quia licet aduocatis vendere iustum patrocinium, c. cui lib. et. 11. q. 3. non sane. l. 4. q. 5. Iustitiam vendere simoniacam est, cap. non solum. 1. q. 3.

7 Plato scribit, li. 3. 4. Dial. 12. de legib. iudicium & iustitiam virginem esse pudicam: Orpheus quoque, in hymnis, & Hesiodus, in Ergis. Ideo nulla corruptio pecuniae, vel gratie esse tentandam: seque ipsam vleici Deus apud Micheam, c. 3. c. iudices. 1. q. 1. inter causas, ob quas Hierosolymis ruinam minatus, addit, quod principes eius in munere iudicarent, & sacerdotibus mercede docebant.

8 ¶ Proinde illi, qui tentantur corrumpere hac via iudices, vel corruperunt, poenis subiiciuntur: nam Antoninus Caesar, l. 1. de poe. iudic. qui male iud. C. dispendio actionis punit eum, qui diffi-

dentia iusta sententiae, in pecuniae corruptoriae spem negotii cuiusvis posuerit: & pecuniam eius rei gratia vel aduersario vel iudici dederit. Et si nouo iure, §. si quis autem ex litigatoribus, vt litigatores in exor. lit. iur. in coll. 9. tit. 5. in aut. nouo iure, de poen. iudic. qui male iudic. C. qui dicit se dedisse alicui pecuniam vel promississe, & personam declarauerit, & hoc probauerit, veniam mereatur: verum litigatorem, qui de hoc se defert, si non probet, postquam persona, cui datum vel promissum dicitur, iurauerit se non accepisse, nec per se nec per aliam personam, nec sibi promissum, in ciuili causa aestimationem soluere litis in criminali, iusta poena, bonis confiscatis, esse condemnandum placuit. Martianus, l. Imperatores. 34. de iure fise. lib. 49. P. tit. 14. autem refert ex rescripto Veri & Antonini, sententiam approbatam, qua is, qui omiffa defensione redimere voluerat sententiam, & delatorem corrumpere, condemnatus erat inferre fisco debere quingentos solidos: quia hic redemptor delatoris pro confesso habeatur, quod pertinet ad fisci poenam, vt ait Vlpian. l. eius qui delatorem. 29. l. Arrianius. 42. & l. 4. de iure fise. in P. Eadem Vlpianus respondit, l. 2. & 3. de cond. et ob. iurp. cau. l. 12. P. tit. 5. crimen contrahi, si quis det, vt secundum se in bona causa iudex iudicaret: iudicem enim corrumpere videtur, & ideo litem debet perdere. Quamuis in ea bona causa olim condiceretur pecunia, in mala minime: hodie autem non condicunt, sed parti aduersae, vel fisco datur, Boer. hoc late disputat, in decis. 153. nu. 23. & seq. vido.

¶ Iure pontificio, pro sententia proferenda dare vel accipere, simoniacum est, c. vendens. 1. q. 3. Nec iustum, inquit Socrates, Plat. in apolog. Socra. siue lib. 27. mihi videtur esse, iudicem precari, vel precando absolui, sed docere atque suadere: non enim ad hoc suadet iudex, vt per gratiam concedat, sed vt iudicet. Atque id iure iurando promissum, non per gratiam cuiusque libuerit condonare, sed iudicare secundum leges. Et rursum Plato scribit, in Critone, iniustum esse & malum, pecunias largiri iudicibus a carceribus vincis, vt inde etiam iuste educantur, quanto magis, si iniuste: Benigne enim oportet expectare vel mortem, vel quoduis aliud supplicium.

¶ Hodie etiam licitum non esse iudici dare, vt acceleret iudicium, glo. sta tradit, Bartol. Bald. Salyet. Albericus. glo. & prad. in iurp. in l. 2. §. de cond. et ob. iurp. cau. Boerius, q. 153. numer. 1. 2. 3. nam hoc ad officium eius pertinet, l. properandum. C. de iud. turpiterque acciperet, quia gratis praestare teneatur, l. si. de cond. ob. iurp. cau. in P. & C.

¶ Quod itaque praesidi vel alio iudici datum erit contra legem repetundarum, vsucapi non poterit, cum hic titulus pro donato non admittitur: imo & locationes, emtioneseve, pluri minorisve factas ea ratione, irritas facit lex, vt vtriusque casus auctor Paulus, in l. quod contra. 8. ad leg. Jul. reperi. l. bona fidei. 48. de acqu. rer. dom. li. 4. P. tit. 1.

¶ Sed timeo ne mentiar, dum dico hodie quoque prohibendum esse & seruari, ne xenia accipiant iudices, nō munera: verec enim mihi illud Catonis dictum, de origimb. Crimi. li. 3. c. 13. Gel. li. 11. c. 18. obicitur, fures priuatorum furtozum, in neruo ac compe-dibus atatem agere: fures publicos in auro & purpura. Verū hoc ex incuria superiorum, si qui tales sint, & quod manus manum fricat. Prohibuerunt tamen reges, vt Philippus Pulcer, in primis constitutionibus, art. 13. Item & Carolus septimus in primis, art. 118. 119. & 120. qui & statuit iudices largitione corrumpentes & qui accipiunt, cingulo & sede deiici, & poena exemplari puniri, & litigantes, qui largiti sunt, vel promiserunt, iure suo cadere, & multa arbitraria puniri: proxeneticisque, procuratoribus, aduocatis, pragmaticis officio interdici, eosque multari. Idem sancit Carolus octauus, art. 20. Releuata tamen poena iis, qui se ipsos ea de re iudicibus detulerint. ¶ Tibertius Caesar Pub. Suillium quoflorens quondam Germanici, conuictum ob rem iudicandā pecuniam accepisse, amouendum in insulam censuit, tanta coortentione animi, vt & iure iurando obstringeret, e republica id esse, teste Tacito, li. 4. Annalium. Et Trebellius Pollio, in Claudio, Claudium, fures iudices palam aperteque damnasse restatur: stultis autē, quasi negligenter, indulgisse. Porro Alexander Seuerus C. si quādo furem iudicem vidisset, vt narrat Enclopius eius familiaris, teste Lampridio, in Ale. Seuero. paratum habebat digitum, vt illi oculos erueret: oderatque perquam maxime huiusmodi, vt si quando furti suspectos videret, commotione animi, stomachi choleram euomeret.

¶ Cambyles, Herod. in 5. Val. Max. in 6. c. 3. Ammi Mar. li. 23. 14. rex Persarum, Sifannem vnū ex iudicibus regis, quod iniuste ob-



pecuniam iudicasset, interemit, & interemto detractum corium in lora concidit, quibus tribunal, in quo ille sedens iudicaret, intendit: ibique eius filium Oranem sedere iudicem præcepit, atque in memoria habere, in quo tribunali iudicaret. ¶ Meminit Aulus Gellius, lib. 20. no. 7. c. 1. legis duodecim tabularum, qua cautum erat, *iudicem arbitrum venire datum, qui ob rem dicendam pecuniam accepisse conuictus fuisset, capite puniri.* Iulius Cæsar repetundarum conuictos ordine mouit, *Sueto. in Iulio, c. 43.*

16 ¶ Et quando Marius Præfens, *Plin. Nepos. li. 2. episto. accusatus* fuit ab Afris lege Iulia repetundarum, quibus pro consule præfuerat, placuit Senatui septingenta millia, quæ acceperat Marius, æratio inferenda. Mario autem vrbe & Italia interdictum. De Hostilio Firminio legato Marii, placuit quoque, quod et ad turpissima ministeria operam suam accommodauerat, ne in sortitione

17 provinciarum eius ratio haberetur. ¶ Cornelius Gallus, vt auctor Ammianus Marcellinus, lib. 17. Octauiano res tenente Romanas, procurator Ægypti, exhausti ciuitatem plurimis interceptis, reuersusque cum furtorum arcesseretur, & de populata provincia, metu nobilitatis acriter indignate, cui negotium spectandum dederat Imperator, stricto incubuit ferro: metu certe pœnæ capitalis, quam inde fe subituro putabat.

18 ¶ C. Seruilius Glaucia legem Romæ tulit, qua Latinis ius erat ciuitatis assequenda, in locum eius, quem accusandum damnassent. Repetundarum, *Doces Africanus, pro Scauro, Meminit Cice. pro Balb.* ¶ Vult etiam lex Iulia repetundarum, eum reum esse eius etiam, qui accepit, quo magis minusve ex officio suo faceret, *Uenule. l. 4. ad leg. Iul. repet. P. Damnatu* a populo Atheniensis quinquaginta talentis Demosthenes orator, quod cum dixisset Harpalum ex Asia ab Alexandro profugum, postea ab Harpalo calice & viginti talentis delinitus, destitisset a cæpto, vt ait Dinarachus contra Demosthenem, *Plutarchus, in vit. Demost. Iustinus, li. 13. & Athenæus, li. 6. c. 5.*

20 ¶ Et ratione qui ob accusandum vel non accusandum accipiunt, lege repetundarum tenentur, *eadem lege. 6. §. lege Iulia. ad leg. Iul. repet.* Et si in innocentiū accusationem coierint aliquid, *l. 2. de concussio. lib. 4. §. 7. P. tit. 13.* qui ob denuntiandum vel non denuntiandum testimonium pecuniam acceperint, vel ob militem legendum mittendumve: ob sententiā in senatu consiliiue publico dicendam, *l. eadem lege. in prin. §. §. lege Iulia.* ¶ Aliud caput legis Iulie repetundarum ab Vlpiano notatur, *l. meminisse oportebit. to. §. 1. de offi. proconsul. l. 1. P. tit. 16.* si proconsul ante se de provincia dimittat legatum suum. Aliud caput, ne senatores nauem

22 maritimam habeant, *l. 3. de vacat. muner. li. 50. P. tit. 5.* ¶ Et nauē ædificare vel habere in ea provincia, quam quis administrat, prohibetur prædidi, *l. aufertur. 4. §. 1. de iure fisci. lib. 4. §. 9. P. tit. 14.* nec aliud quicquam ibi emere. Lege repetundarum damnatos apud Græcos etiam legitimus, teste Xenophonte, *li. 5. de Cyri minoris expeditionis. circa finem.* in reddenda ratione præteriti temporis, prætores Philesum, & Xanticlem, quod e Gauletica pecunia, quam feruendam acceperant, minas viginti suppillassent, & tantundem reddidisse iudicio.

De Ambitu. Cap. 29.

Lib. 4. §. P. tit. 14. Lib. 9. C. tit. 26.

- 1 *Ambitus crimen proximum crimini repetundarum, est crimen publicum.*
- 2 *Dignitates & magistratus desiderari vel ambiri non debent.*
- 3 *Magistratum venditio ex ambitione petentium. Et quando Rom. populo & cur adempta potestas magistratum creandorum, sacerdotiorumque concedendi. Et de lege Iulia de ambitu, & quando lata.*
- 4 *Seditiones ob comitia magistratum.*
- 5 *Ambitus leges unde dictæ a quibus late, & pœna earum. 7. & 9.*
- 6 *Magistratus non petentibus, sed nolentibus concedi debet.*
- 7 *Ambitus qui tenetur, & 8.*
- 9 *Et 10. pro Magistratibus obtinendis largiri quid prohibuitur.*
- 11 *Sportula iudicum nimium graues.*
- 12 *Ambitus lex in sacerdotiis locum habet.*
- 13 *Ambitus lex quomodo dicatur cessare in curia principis vel prælati.*
- 14 *Magistratum officia cur vendi non debeant. eod.*
- 14 *Honoris causa pollicitationem valere, quomodo intelligendū sit. & num Simoniacum sit, qui pro officiis regis dat simoniacum. eo. Et 15. 16. 17.*
- 18 *Iurisdictio non est inter patrimonialia vendibilia.*

- 19 *Magistratum officia mercantis indigni officio.*
- 20 *Vendi officia iustitia prohibent constitutiones regie Gallie.*
- 21 *Uel si alia iustitia noua ad legem de ambitu pertinet.*
- 22 *Ambitus legis alia capita. 23. & seq.*
- 24 *Magistratum depositum repetere quando, & intra quot annos liceat.*
- 25 *Ambitus que pœna. & seq.*
- 27 *Delatores reorum ambitu impunitatem delictorum consequuntur.*

Proxima est tractationi legis Iulie repetundarum, lex Iulia de ambitu. Nam qui ambitu illicita cupiditate magistratus, & potestatem, vix est vt is postea non nundinetur illicite, & mercaturam non exerceat fœdissimam eiusdem. Inter publica iudicia annumerat hoc crimen, *in l. 2. de publ. iud. lib. 4. §. 8. P. tit. 10.* potissimum si scelera alia quædam, vis puta publica, accedant: nam, vt ait Iuuenalis, *Saty. 14.*

Peregrina ignotaq, nobis Ad scelus atque nefas quodcumque est purpura ducit.

¶ Et proinde dignitas desiderari non debet, potissimum spiritualis: & qui eam appetit, eo ipso indignus ea iudicandus & repellendus, *c. sicut is qui, 1. §. 6. nam & a meretricibus peti non debent, sed potius illis offerri: nec ciuili scientia vilo precio numario veniunt æstimanda, l. 1. §. proinde de var. & extrarod. cogn. d. l. si de crisi. erit.* Et qui iurisditionis ordinariæ potestatem habet, non alio iudicio suo beneficio habere dicitur, *l. more maiorum, de iurisdict. om. iud. in P. suo* autem beneficio non habet, qui pecunia data consequitur. ¶ *Ambitus*, inquit Cicero, *3. epist. famul. omnium epist. 39. ita apertam vim habet, vt aut accusetur improbe, aut defendatur: quis enim factu & non factu largitio ignorari potest?* Ambitio enim honoris non parit pecuniam, vt suffragia demerereat inamertus, vt Claudianus admonet, *in 3. Hono. consula.*

Triudo auaritiæ, cuius sanctissima nutritrix Ambitio, que vestibus foribusq, potentium Excubat, & pretiis commercia petit Honorum.

Proinde meminit Suetonius, *in Iulio, c. 13.* Iulium Cæsarem deposita pretura seipsum, pontificatum petisse & obtinuisse, non sine profusissima largitione, & erate & dignitate antecedentes superasse. Vnde & is postea, *Idem eo. c. 41.* cognoscens experientia, quantum ex ambitu & suffragiis, lucti populo accederet, comitia cum eo partitus est, vt exceptis consularibus competitoribus, de cetero numero candidatorum parte dimidia, quos populus vellet pronuntiarentur: pro altera parte, quos ipse didisset. Et tandem lege a se lata & sui nominis Iulia, de ambitu, ob abutium, populo ius pet suffragia eligendi magistratus & sacerdotis ademit, & in se transiit, teste Modestino, *l. 1. ad le. Iul. de ambi. in P. tum vt dignos præficeret, & nūdinationibus viam obstrueret, tum etiam, vt editiones, quæ inde nascebantur, sedaret.* ¶ Cum enim comitiis crearentur & suffragiis magistratus, populus seu plebs vix aut raro cum suffragiis partitorum conueniebat, illis diuersos postulabatibus: nam plebs infestis patitiis, patiti aduersus plebeios petebant candidatos. Veluti accidit, cum a patitiis filius Appii Claudii arrogans, candidatus cum seditione a plebe repullam passus est, pro qua componenda oportuerit creati a senatu interregem A. Sempronium Attatinum, abrogatis omnibus magistratibus, qui pro nutu nouos consules creauit, vt narrat Dionysius Halicarnass. *li. 8.* Qui ob eadem causam inter eosdem, parem seditionem anno sequenti postea ortam scribit, *Idem, li. 9.* Et Tyberius Gracchus cum sociis occisus a Scipione Nasica, non eb legem Agrariam, vt quidam putant, sed quod vt ambiret magistratum, vt liquet ex Appia *li. 1. Bellor. ciuili.* Miserima honorum ambitio, *Cic. 1. offi. & vbi honos publice non est, ibi gloriæ cupiditas, nec ambitio esse potest, Cic. ora. 1. 6. ad populū contra Rullū de lege Agraria.* ¶ Lex de ambitu dicta est, que de re, quæ ad ambitum seu electionem populi, cuius erant suffragia, seu ius electionis in comitiis magistratum, *Gellius li. 13. c. 14.* quem candidati qui petebant eosdem, palam togabant, vestibus candidis, super nudum aliquid tantum, in symbolum innocentie & humilitatis, induit, vt auctor Plutarchus, *in vita Coriol. Cicero, pro Plancio. Blondus, li. 3. Trinymph. Romæ.* Varro, qui populū candidatus circumit, *ambit, qui aliter facit ex ambitu causam dicit.* Su suffragia populū comitiis rogari non possunt, vt notat Nicol. Gruch *li. 1. de comitiis Roma. c. 6.* Quomodo petebant candidati Magistratus, explicat late Cicero, *pro Plancio.* & petendi ordinem ad Q. Fratrem, de petitione consularum, & Plutarchus, *in vita L. Pauli.* vide & Nicolaum Gruchium, *d. li. a. de comit.*

¶ Apud Lacedaemonas quidam Senatorum creatio per suffragia fit, verum ipsum qui eligendus sit petere, non recte se habet: oportet enim & volentem & nolentem ad magistratum assumere, si dignus sit eo, vt ait Aristoteles, lib. 2. Polit. Nemo enim magistratum petet, nisi honoris sit affectator, atque tunc pleraque eorum, quae plerumque homines iniuste faciunt, per ambitionem & auaritiam committuntur. ¶ Hæc lex Italia de ambitu ante Augustum viguit, & consilium Ciceronis lata, pro Murena Cic. Octavianus legem quoque tulit teste Dione Cass. lib. 45. anno ab vrbe condita 736. vt qui largitionibus factis magistratum aliquem ambisset, ab eo in quinquenniū arceretur. In eam legem incidit, qui illicitis artibus populi fauorem, vel eorum, qui eligendi ad magistratus officia vel sacerdotia potestatem habent, suffragia occupantur. Modestinus in l. 1. ad leg. Iul. de ambitu. P. non tradit quidem quid contineret illa lex plene, vnde alibi de nobis explicanda interpretatio. ¶ Constitutio, non licuisse impune largitiones exercere in eos, qui suffragiū habebant, in magistratibus decernendis vel sacerdotis locum habuit. Ceterum in magistratibus, distinguere inter tempora, quibus populo suffragia erant, & ea, quibus potestas ad principes delata est. Cum penes populum esset, perpetuo obtinuit lex de suffragiis non corrumpendis, & iudicium de ambitu habitum est. Ita Quintus Coponius, inquit Plinius, lib. 35. c. 12. ambitus damnatus est, quod vini amphoram ei dono dederat, cuius suffragii latus erat. Et Plutarchus, in vita Cato. V. tice. in lignum est, minus pecunia paratum, cum omnes tabellæ, scilicet iustitiam, vna manu scriptæ inueniuntur: ob quod M. Paonius in additæ passus primum repulsum. ¶ Refert Dio Cass. lib. 36. tempore expeditio nis Pompeianæ contra Perretas, legem de ambitu latam a consilibus, vt qui eius conuicti essent, iis neque magistratum gerere, neque cum senatoribus esse liceret: sed si pecuniaria iis multa iussu per irrogaretur. Curauitque melioretas aliqua dote, tollendæ ambitionis causa L. Pionario Mamercos, L. Fario Medullino, Spurio Posthumio Albo, tribunis militū patriiis cum consulari dignitate, Tribunos legem promulgare, ne cui vestimentum alium addere petitionis causa liceret: in qua re patribus obstitit plebs, vtique ad seditionem, sed vicilex, vt narrat Lilius, lib. 4. Decad. 1. Atque largitiones variis legibus in plebem vetitæ fuerunt, vt lege C. Petuli Tribuni plebis, quæ dantes huiusmodi & accipientes graui damno & pœna multauit: vt lex monetalis Cirtii, Calpurnii, Pauli Aemilii Consulibus, Licinia, Ebutia, cum ea quæ Pompeii Magni, Vide Alexand. ab Alex. li. 3. ¶ Inhibitu est iudicibus seu magistratibus quippiam pro obtinenda dignitate vel potestate dare, §. 1. C. §. il. l. ad §. 10. str. vt iud. sine quoq. suffra. in amb. Volueruntque Celsares, Theodosius & Valentianus, l. si. ad l. l. repetun. C. ad tendas provincias homines accedere, quia ad honorem insignia, non ambitione vel pretio, sed testimonio probatæ virtutis promoueri, iurataque eos pro administrationibus fortandis, neq. dedisse quippiam, neque daturis postmodum fore, siue per se, siue per interpositam personam. Illud & repetitum a Iustiano, §. 1. situ. iust. raud. quod prest. ab iis qui administ. accip. Et in autb. Alexander Severus Imperator, Lamprid. in eius vita. nunquam honorem iuris & gladii vendidit: dicens, Necesse est, vt qui emittit & vendat, & ego non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possim. erubescio enim punire eum hominem, qui emit & vendit.

¶ Hinc facta in nostra Gallia, telus quæ tur impunitæ aliquando tot illicitæ exactiones iudicum, quæ superant legitimum sepe valorem rerum controuersarum, quos vocant Episcos, ad luctum extorta, vt miserandum sit, porius lantari a iudicibus quibusdam afflictos, quam releuari. Qui enim viuunt, & suum iudicio consequuntur, illud ipsum sine remedio apud iudicem, siue spe redhibitionis relinquunt, sportularum vel sumtum nomine, cum tamen iudice vendere non debeat iustum iudicium, et si aduocatus vendat iustum patrocinium, c. non debet. 1. q. 3. Neque princeps legem statuit, inquit quidam, vendidit namque magistratus & illis, qui pecuniis iam traditis nunc contendunt & de damno euitando, & de lucro captando, non de titulo, vt iudices sine quo quo suffragio iudicent. Et cum mercatores sint, æquum illis iudicibus videtur, si vendant. Nec enim putant maiorem esse religionem in emendo, quam in vendendo: hæc enim reciproca sunt. Et magistratus dum sumtus queritur, prædæ grassatur. cap. militare. 23. q. 1. & ita iudicia peruertuntur. cap. 2. ne prela. vic. suas ap. Greg. Et ideo Aristoteles monuit, §. Polit. cap. 8. cauendum esse in repub. ne lucrum ex magistratibus proueniat. Voluerant quidem Christianissimi nostri principes, & id constitutionibus

frequentibus repetunt, vt subditi ab omni iudicium & harpyiarum oppressione tuti sint, verum id assequi perpetuo non possunt, cum illi qui reipublicam eorum nomine moderantur, si cum malefactis obiciunt sportularum. Nescio etiam, non magistratum inueniens numerus alendus sit magnis sumptibus. Sed horum omnium iudicium iis, qui clauum regni tenent, relinquam. In summa autem Iustinianus, omnium malorum occasio nem vnam, accipere suffragium a iudicibus, dicit, totiusque nequitiae principium & terminum, quæ accurate & verissime persequitur per exempla in §. an certe non omnibus manifestum est, titu. vt iudic. sine quo quo suffrag. Constit. Nouella 8. Vbi digna optimo principe ponuntur.

¶ In sacerdotis obtinendis etiam ambitum locum habere & puniendum, placet Modest. l. 1. ad l. Iul. de amb. in P. Nemo, inquit Leo Cæsar, l. si quinquam. 29. de episc. & cler. C. gradum sacerdotis pretio venalitate mercetur: quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, estimetur, &c. Idem sancit Iustinianus, §. sed neque clericum. §. sed neque xenodochium, de sanctiss. episc. in nouell. Firmiusque decretum sacris canonibus, ex sententia sacrae paginæ: quibus pro spirituali administratione, vel ordine, vel magistratu ecclesiastico quippiam accipere, simonia dicitur, cap. non satis de simon. c. quos constituit, ca. sunt nonnulli, cap. si presbyter cap. quicquid cap. saluator. 1. q. 1. & feruissime vindicatur, cap. si quis neque. ca. presbyter. c. quicquid. c. qui studet. c. si quis episcopus. cum §. seq. ca. 1. q. 1. & 10. tit. de simonia. Prohibetur & prælatis, vices suas seu vicariatus, vel officiales, vel si quod aliud ius dicendi sit officium, annuo censu, id est, mercede accepta, concedere, cap. 1. & 2. ne prela. vic. suas.

¶ Nec est quod principes seculares, si qui sunt qui nundinatur iurisdictiones seculares vel spirituales, dicant cessare legem Iuliam de ambitu in eorum curiis, l. 1. ad l. Iul. de amb. & ideo cessare prohibitionem mercaturæ. Nam verum quidem est legem de ambitu cessare, quia populus non est princeps, vt illum ambitu oporteat: Ceterum non cessat causa prohibitionis, eademque lex, ne princeps largitione corrumpatur in suffragio, ne spe lucri indigni iuuenes imberbes, imperiti admittantur. Nesciunt enim quid faciunt, cum pecunias tantum, non personas probant. Siquidem principis persona ipsa, iudicium populo debet: sic enim dicebat ad Samuelem populus, 1. Reg. c. 8. Ioseph. 6. Antiq. c. 3. & 4. petendo regem, Constitue nobis qui iudicet nos, quem admodum apud exterarum nationes. Adhuc & vestigia existant, quod princeps sit proprius iudex pupillorum, viduarum, & oppressorum, l. 1. quan. Imper. int. pup. & vid. C. Sic cepit monarchia Medorum a iudice Deioce Phraotis filio, cui propter probitatem iudiciorum se commisit populus, vt auctor Herodotus, in 1. Sic Molyneorum rex, dicitur ab Apollonio Rhodio, li. 2. Argonautic. in altissima domo sedere, & aqua multis populis dicitur, ea lege, vt si male iudicauerit, ea die fame macerent. Gentiliumque historiae fere omnes reges, principes & monarchas per seipso iudicasse narrant, quorum aliquos commemorat Athenæus, li. 12. Dipn. c. 3. 4. 15. 18. sed ad leuandum onus, prudentissimos quosque sibi delegisse, quibus id munus partirentur, vt alias Moyses fecit, Exod. c. 19. Dicit & inde pars corporis principis, l. quisquis. C. ad leg. Iul. marit. Proinde magnam sibi irrogat iniuriam princeps, qui non vicare deligit sibi membra, sed licitatione iudices sortitur. Quod si prebi sunt, quos præficit, videtur adhuc quædã veritas legis nota in eo, quo dicitur accipit pecunias, vt cõcedat, quod gratis facere tenetur, l. si de condit. ob turp. cau. in P. C. Et maximã vim inferre sibi videtur, cum populo, cui iura debet, sepe mercatores larua quãdã togata vestitos præficit, qui non solū pecus tendent, sed deglubant. ¶ Nec ad rem facit, ob honore consequendū, pollicitationem esse in iure valldã, l. 1. §. 1. l. toties. 6. de pollic. Nam hoc verum est, quando ei qui consequitur, datur, vt cõsequatur: vel quãdo qui consequitur vel consecutus est, benefico animo offert, vel largitur. Nam & sine pacto, pro re spirituali, sine simonia metu, munus potest accipi, c. quicquid. 1. q. 1. c. si quæstiones de simo. apud Greg. ad dissimilis hypothesis ab ea, qua nisi tantū dederis, nõ habebis cœdicillæ infulares. ¶ Nec ignoro etiã, quod senserint diuersum quodam modo Innocentius, Hostiensis, Panormitan. ca. 1. ne prela. vic. suas. non committi inquam simoniã in venditione seu fiantia vel sacerdotibus officiorū temporalium, nisi in ecclesiasticis, quæ ob id, quod spiritualibus sacris in nexa sunt, simoniam, vt inquit, recipiunt. Et scio Geminianum voluisse, in capit. pro humani. de homic. in 6. non esse simoniacū qui mercatur officia hæc, si dat publice pro officio, non secrete, & si qui dat, cupiat prodesse, & si sit idoneus,

Ceterum, istam distinctionem non possum admittere, cum in vtroque temporali & ecclesiastico iudicis ministerio, agatur de iustitia exercenda, quæ de cælo prospexit, *Psalm. 84*. In qua monuit Iosaphat iudices optime, vt quid agerent, viderent: quia non hominum, sed Dei exercerent iudicium, *2. Paral. cap. 19*. Et Moses, *Deuter. c. 1. Non accipietis personam in iudicio, quia iudicium Dei est*. Vocat & Iustinianus, §. 1. *de iust. & iure*. Iurisprudentiam, diuinarum & humanarum rerum notitiam. Vlpianus Iurisperitos faceret, *l. 1. eod. ab ea*. ¶ Scio etiam nunc, & per pecuniam, quam vocant *finance*, dari magistratus, & ærarium inde conuari, vt videtur pluribus, pinguis: sed non disputo quid fiat, nam & alias itidem ab Hippia factum apud Athenienses scio, *Arist. 2. Oeconom.* sed quæro quid iustum est fieri. Et vereor, ne ea parte, qua putant ærarium principis intumescere, lapsus sit totius reipublice Gallicane status. Pecuniam in loco negligere, summa est prudentia. Vbi enim ingressi sunt numati tribunalia, & vbi ii, qui norunt numi lucrum & negotiationem, admissi sunt, statim diffugit, mentiar vtinam, iudicii integritas. ¶ Et male audiuit Dolabella, quod censuit spectaculum gladiatorum per omnes annos celebrandum, pecunia eorum, qui Quæsturam adipiscerentur. *Apud maiores*, inquit Cornel. Tacitus, *lib. 11. Annal. virtus id præmium fuerat, cunctisque civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus: ac ne atas quidem distinguebatur, quin prima iuuentia consulatum ac dictaturas iniret. Et quæstura ex dignitate candidatorum, aut facili rate tribuentium, scilicet consulum gratuito concedebatur, donec sententia Dolabella veluti vendidissetur. Aut ea certe Iustiniani sententia de hoc fiscali compendio, in hæc verba, §. *considerauimus, vt iud. sine quoq. suffra. in auct. Considerauimus enim, quia licet quæstus immodicus imminuitur imperio, videlicet remittendo suffragia pro officiis, atamen nostris subiectis incrementum maximum percipientibus, si indemnes a iudicibus conseruentur, & sicut & imperium abundabit, vtens subiectis locupletibus, & vno hoc introductio ordine, ut suffragia non dent, plurima reru**

18 *innumerata erit veritas.* ¶ Nec concedo quidem in patrimonio vendibili esse principis iurisdictionum distributionem: quia quæ iure natura, vel gentium vel ciuili, & multo magis diuino a commercio hominum eximuntur, vendi non possunt, *l. si emione. §. omnium. de contrah. emti. in P. linter stipulantem. §. sacram de verb. oblig.* quales sacra res. Sacra res autem iustitia, vnde vt dixi, nos, qui iura iustitie tractamus merito sacerdotes dicitur, *l. 1. de iust. & iure*. Et officium iudicis, & fides, religio dicitur, *l. 1. si ex fals. alleg. excus. sit tutor*. Et iurisdictiono spiritalis est, *ca. ex multis. ca. non solum. c. vendentes. 1. q. 3.* Iustitiam que late Dei munus de cælo ortam, *Psalm. 84.* ostendimus in primo libro Optimi Iuriconsulsi, qua nec iudex vere est, *c. infum est bellum. 2. q. 1.* Quam obrem vendi non posse impune ab eo qui iuris & iurisdictionis dandæ potestatem habet, certe mihi recte opinari videor: nam simoniae labes est, vendere sacra & spiritalia, & dona Dei, *1. 2. & tota 1. q. 1.* Et expressè responsum, iustitiam vendere simoniacum esse, & pro præmi acceptione seruire, aut gradum in ecclesia Dei pro præmio accipere & emere, *c. vendentes. 1. q. 3.* Videant qui contrectant ex hoc quæstus pecunias, num sit digna aliqua commutatio numaria vel ambitionis, cum detrimento animæ: ego autem summam rationem & præcipuam duco, vt & Papinianus Iurisc. dixit, *l. sunt persona. 43. de reli. & summi. funer. lib. 11. P. tit. 7.* quæ pro religione facit.

19 ¶ Vellem & nomothetam, qui in huiusmodi concedendis magistratuum diplomatis fidem adhibet, animaduertere indignam esse horum impetrantium & negotiatorum in tanto regno mercaturam, & eo ipso quod eo medio se dignos imperio putent, vt suspectos ad negotia domestica, non publica ablegandos. Nemo enim debet assumere sibi honorem, nisi vocatus: tanquam Aaron, *ad Hebra. 5.* Atque iura ciuilia, quorum scientiam profitentur, sive mandato domini, prius se rebus alienis gerendis ingerentes & effræntes vt suspectos explodunt, *l. qua omnia, 25. §. 1. de purcurat. P.* Et in vtraque administratione, ecclesiastica & politica temporali prohibetur & improbat ambitio, *c. nullus. 1. q. 1. c. in scripturis. 8. q. 1. cle. 1. de regula. cle. fin. de elec. in Clem. c. miramur. 6. 1. d. si. l. si quæquam. 1. q. de episc. & cle. C.* qui isti magistratuum aucupes & candidati manifeste laborant. ¶ Vellem & obseruari hac de re a prudentissimis regibus sancitas leges, primum Caroli V. constitutionem, qui anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo octauo prohibuit officia qualicūq; essent, ad exercitium iustitie pertinentia, vendi. Idem prohibuit Carolus octauus constitutione anni 1463. art. 68. Atq; voluit vt in recep-

tionem, seu in adipiscenda officii iudicandi possessione iurarent iudices se eius muneris habendi causa cuiquam se non largitos, nec promississe, adiecta pœna, vt si conuicti fuissent id fecisse, vacantia haberetur officia, & impetrari possent a principe. Sed hæc hæcenus de hoc capite ambitus. Cui accedit adhuc constitutio Ludouici XII. art. 40.

¶ Aliud autem caput legis ambitus erat, vt ægalia noua instituisse, *l. 1. ad le. l. de amb. in P.* In hanc legem etiã incidit & eius pœnam, qui contra senatusconsultam impetrauerit rescriptu principis, multaturq; vltra, tertia sui patrimonii parte, *l. vni. de senat. in sc. C.* ¶ Item aliud, *l. 1. ad le. l. de ambi.* ingredi reum domum iudicis, scilicet corrumpendi eius causam. Sic magnatibus & hercibus, tempore, quo causæ illorum & lites discutiantur, non licet cum suis iudicibus confedere, vt suspicio corruptionis vitetur, *l. 1. de offi. ciuili. iudic. C.* ¶ In legem Iuliam de ambitu item incidere Archadius & Honorius, *l. vni. C. ad le. l. de amb. tradit eum*, qui iterato petierit principatum, seu Commentariensis gradum, vel cetera officia, quibus iam functus sit: cum publicæ disciplinae mel gesta sufficiant. Legem tulit Q. Fabius Maximus ad ambitionem tollendam, qua intra decem annos eundem consulem resci non liceret, *Linc. Florum. li. 50. epilo. Lini.* Quæ seruata in posteru, & nisi raro infracta, veluti soluta fauore populi, & ob P. Scipionis Æmiliani fauorem, cum is consul intra tempus creatus est: sicut ob bella imminente soluta, *idem li. 56.* quãdo Scipioni Africano, a repub. & senatu Consulatus delatus est contra legem. ¶ Et in aliis magistratibus, inter vacationem & repetitionem, interdum biennium, interdum quinquennium cõstitutum est ex lege Gordiani Cæsaris, *in l. 2. de muneribus non conuini. li. 10. C. tit. 41.* exceptis casibus, dum capaces & idonei intra illa defunt alii, vel nisi necessitas alia urgeat, *vide gl. in l. vni. ad leg. l. de ambi. C. & in l. 2. de muneribus non conuini. li. 10. C. Modestinus scribit, l. 1. ad le. l. de ambi. P. l. 1. §. si. de senatus. conf. C.* pœnam legis Iulie de ambitu esse centum aureorum, cum infamia. Et hanc pœnam & legè iudiciariam vocat: vt pœna illa non sit Cenforia, quæ citra infamiam erat a Cenforibus imposita, nec impediēbat quominus quis posset petere magistratus, *Cic. pro Cluentio*. Archadius & Honorius, *l. 1. C. ad leg. l. de ambi. rescriptum* fuit repetitum illicite magistratus, pœnam esse deportationis, ad instar legis Iulie de ambitu. Pro cuius interpretatione laborat ibi scholiastes, quid significet illa verba, *ad instar*. Probabilioris fidei sententiã, vt si non soluat debitam pœnam centum aureorū, contumax deportetur. ¶ Ceterum hic annotãda diuersa tempora sunt. Nam lege Calpurnia ambitus damnati, vt ignominia multatq; damnati, ad magistratū aspirare non poterant: vt ex Salustio, Alconio Pædiano, & Cicero, *pro Cluentio*. & pro Sylla. cõstat. M. Tullius Cicero postea de ambitu legem tulit, postquam fuit pœna decem annorum exilii, quemadmodum legis Iulie repetundarum, vt ait Dio, *lib. 37. C. pro Murena*. Alia lege Imperatorum Valentiniãni, Theodosii, & Archadii, *l. fin. ad leg. l. vni. repet.* quadrupli pœna imponitur aduersus dantem iudicem, & accipientem magistratus obtinendi causam: sed illa antiquior est quam Archadii & Honorii, quæ de deportatione meminit, *l. vni. ad leg. l. de ambi. C.* vt ex historice serie apparet. ¶ Pœna ambitus damnatus si alium eiusdem legis reum conuicisset, restituebatur in integrum, *l. 1. eod. P.* Quod & Cicero scribit, *pro Cluentio*. pecuniam centum aureorum non recepit. Pompeius Magnus quoque iis, qui detulissent ambitionis reos, & qui largitionibus magistratum obtinissent, pro præmio impunitatem dabat, *Dio Cass. l. 6. 40.*

De lege Iulia de Annona. Cap. 30.

Lib. 48. P. tit. 12.

- 1 Annona quid, que contineat, eius species.
- 2 Annonaria legis qui fiant rei.
- 3 Annonam fraudare, & attentare, onerare qui dicantur, & pœna eorum.
- 4 Annona in isto pretio veniat, cura magistratuum.
- 5 Annonaria legis duplex ciuili & criminalis pœna.
- 6 Annonam carius vendentis pœna, & nemo egenti eidem vendat.
- 7 Frumentum exportare tempore famis, virgus vindicatum.
- 8 Annona transportari non debet, dum is vbi excrecit egent.
- 9 Annona antiquius apud Romanos qui habuerit, & qualem curam.
- 10 Annona cura ad magistratus municipales pertinet.
- 11 Carnium vendendarum lex de pretio, & 13.

- 11 Episcopi panibus praepositi.
- 14 Famis & sterilitatis tempore potissimum annonae debet fieri taxatio.
- 15 Venditioes emi impures venales taxatae non debent.
- 16 Militarum annona quomodo distribuebatur.
- 17 Frumentaria caussa in aliud impune converti non potest.
- 18 Frumento commissi arenam Aquilia tenetur.

Annona, dicitur omnis annuus fructus, qui ad victum per-
tinet, quare ad frumentum, & panem quoque coctum dia-
rium extenditur, l. 1. de frumen. vrb. Constant. lib. 11. C. tit. 23. & ad
vinum & alia edulia, in l. 1. & libemus. in 1. de erog. milit. anno. lib.
12. C. tit. 38. pensiones. l. 1. & 10. tit. de anno. civili. l. 11. C. tit. 24. sala-
rium victus causa datum, § sic igitur. ut iudic. sine quoquo suffra fi-
ant. in aut. b. coll. 2. tit. 2. Erat annona olim militaris, provincialis,
municipalis, civilis sub qua civilis etiam panifica § hac ergo, de non
alib. reb. eccl. coll. 2. inde & panis civilis, l. fin. § bis illud. de se. nup.
C. & l. si § de iure dot. Annona ista civilis liberalitatis gratia ut
plerumque principibus populo, ut conglaria donabatur, vel
certis quibusdam personis, vide Alcia. li. 8. parer. iur. c. 5. § Lege
hac de annona tenentur, qui fraudant annonam, Mar. l. 1. ad l. lul.
de anno. qui contra eam fecerint, societatemve coierint, quo an-
nona carior esset: qui naum annonarium detinuerint, aut naua
dolo malo, Vip. l. 1. a. eod. Statuit lex, nullam vim oportere naucle-
ros sustinere, delegatas species annonarias transferentes, l. 1. de na-
uicularib. lib. 11. C. tit. 1. imo & iudices, qui patiuntur his nauas
etiam volentes, moram facere in suis territoriis, cum possent nau-
tigare, puniuntur, l. si. eo. tit. Et is quoque, qui nauibus frumenta-
riis & annonariis aliquid onus superimpoluerit, ex quo celeritas
vectionis annonariae retardetur, coercendus est, l. vni. ne quid one.
publ. impon. l. 11. C. tit. 4. § Annonam quoque fructus videtur,
qui frumenta reservata, vrin aliquibus quod sit, ad vsus alios,
quam de putentur, impediunt: quia ex inordinata illa distributio-
ne caritas oritur, l. 1. de frum. vrb. Constant. d. lib. 11. C. tit. 23. Item si
etiam pecunia annonae comparandae destinata minuitur, vel in
alios vsus impendatur. Quo casu, & tunc in duplum factum refaci-
tur, l. 2. eod. Annonam attendant etiam & diuexant Dardanarii,
& qui coentias merces supprimunt, qui fructus nolunt vendere,
dum minus vberes proventus expectant: quorum aliquibus in-
terdum pro modo admissi, vel negotiatione interdicitur, vel in-
terdum relegantur, aut humiliores interdum ad opus publicum
dantur, Vipian. l. annonam. 6. de extraord. crimin. P. Onerant & an-
nonam, qui falsa mensura vendunt & distrahunt, quique lege
Cornelia de falsis, d. l. annonam. tenentur, vt in crimine falsi do-
cuius. Qui tamen non carius vendendi causa, sed eo animo an-
nonam conferunt, vt subueniant Reipub. aliquando, si egeat, vel
sibi referunt, non incidunt in hanc legem: non enim quicumque
cogit res suas vendere viliori pretio, l. 3. ad l. lul. de ann. P. Pau-
l. l. de curion. 6. de administ. rer. ad cuius pertinet P. l. non debere. 8.
ad municip. P. nec priuatis res suas seruantibus, pretium imponi
debet, l. nullus. de Iuda. C. l. non est. rer. amora, in P. Vt nemo vedere
cogendus vel emere, l. nec emere. de iure delib. C. l. inuitum. de con-
trah. em. l. inuitos. C. de loca. niu virget famis necessitas, quo casu
coguntur inuiti, argu. l. vni. vt nemi. lice. in emt. speci. § o. l. 10. C. tit.
27. relicto quantum illis suffi. lat pro familia. Imo qui hac mente
seruat, dignus ea laude, qua Ioseph qui simili providentia tempo-
re fertilitatis, collegit in tempus venturae famisin horrea sufficien-
tiam annonam septem annis, in terra Aegypti, Genes. c. 41.

§ Obseruandum & est, annonae rationem magistratibus ha-
bandam, vt no villi, sed iusto pretio veniat: dum enim vili pretio
venditur, sequitur saepe commerciorum raritas. Quod & arguit
Ammianus Marcellinus in Iuliano Caesare, 22. hystor. Nulla, in-
quit, probabili ratione suscepta popularitatis amore visitati sudebat
venalium rerum, quae nonnunquam secus quam conuenit ordinata
inopiam gignere solet & famem. § Poena legis annonariae duplex,
& civilis seu nummaria, & extraordinaria criminalis est. Sic poena
alia, vltra praedictas, legis de annona nummaria est viginti aureo-
rum, l. 2. ad l. lul. de anno. Crescit & pro modo admissi, vt ex supe-
rioribus licet colligere, cum pecuniaria, tum corporalis: veluti si
monopolium ineant mercatores, vel propolae, quo annona cari-
or, vel merces: nam iis bonis spoliantur, & perpetuo damnantur
exilio, l. vni. si quis de monopo. l. 4. C. tit. 59. § Iudicium hac de
re extraordinarium, refert de Galba Caesare Suetonius, c. 7. is enim
militi cuidam, qui per expeditionem, arctissima annona, residuum
cibarium tritici modium, centum denariis vendidisse argueba-

tur, vetuit, vbi is indigere coepisset, a qua quam opem petri: & ita
fame extabuisse. § Meminit Cicero, pro Flacco. Athenis Athe-
nagorum Cynicum virgis fuisse caesum, quod in fame ausus fuisset
triticum exportare. Iure diuino, qui abscondit frumenta, maledi-
cetur in populis: benedictio autem super caput vendentiu, Pro-
uerb. c. 11. § Theodericus Gotthor rex, Fausto Praeposito scri-
bens, apud Cassio. lib. 4. varia. epist. 34. iubet, vt prius in colis fecu-
ditas frumentorum propria seruiat, quam peregrinis comercis
studiosa cupiditas exhauriat: neque frumento peregrinas naues
prius onerari, ad aliena litora transaturas, quam expensa publice
ad optatam copiam possint pertinere. Et rursum comiti Silicata-
riorum & portus curam agenti, scribit, idem, lib. 2. varia. epist. 12.
Speciem lardi nullatenus iubemus ad peregrina transmitti, sed in vsus
nostros propria diuinitate seruiatur, ne quod in nostris partibus confi-
citur, noxia negligentia deesse videatur. § Fuerit fete olim in sin-
gulis ciuitatibus Romani imperti, de his VVdp. La. l. 2. resp. Ro.
c. si. vide § l. fin. & ibi Bude. de mune. P. praefectus vel curator fru-
menti venditor, mensor, distributor: sub praefecto annonae, nota-
rius, allectus tritico, patochus qui praebat annonam, vtque ait
Horatius, 1. Sermo.

Et parochi, qui debent ligna saltemque.
Quos Porphyrio copiaros dictos ait. Et tamen eo nomine Cicero
vltus, 13. ad Attic. epist. Artobari quia filius venit, vult opinor re-
gnum aliquod a Caesare emere. Omnino enim Sestius noster parochiis
publicis occupauit, quod quidem facile patior: verum tamen inuito est
per literas, vt apud me dumeretur. Erat cum patocho & Opinatore,
qui exigebat annonam, l. missi. 7. de exact. tributo. l. 10. C. l. opinato-
ribus. 11. de erog. mil. anno. l. 12. C. tit. 38. & Dardanus & Thesleria-
rius. Subinde erat & edulitas circa edulia, vt edulitas circa ades.
Meminit Lampridius, in Alexan. Cum edulitatem, inquit, populus
Romanus ab Alexandro Caesare peteret, interrogauit per curionem,
quam speciem annonae caram putarent: illi continuo exclamauerunt,
carnem bubulam, atque porcinam. Tunc illa non quidem edulitatem
praeposuit, sed iussit ne quis summatam occideret, ne quis lactantem, ne
quis vaccam, ne quis damalioem: tantumque intra biennium vel
prope annum, porcinae carnis fuit & bubula, vt cum ante fuisset octo
minutatis libra, ad duas tantum vtrinque carnis libra redigeretur.
Vocabatur & qui praerant iuste distrahendis edulis, praefectus an-
nonae. Et de hac praefectura Cornelius Tacitus, lib. 13. Annal. me-
minit, & Lampridius, in Alex. Erat & in Sicilia huiusmodi adili-
tas, de qua meminit Cicero, 2. ad Atticum. Eademque curabant
apud Graecos Agatanomi, quae apud Latinos adiles, & pretia re-
bus vterque imponebat venalibus. Innuit vtrumque Plautus de
edictionibus illorum dicens, in Captiuis.

Euge ediciones adilitas hic quidem habet, mirumque vsque
adeo est

Nisi hunc fecere sibi Etoli Agaranomum.

§ Cautio ad magistratus nunc politicos maxime annonae esse
debet, vt iustis pretiis vendantur singula, vt frumenta & ad victu
potissimum necessaria quotidianum. Frumentaria rei in prima
republica adilis Cerealis praerant, sub annona omnia edulia ve-
niebant: sub frumento, triticum, siligo, & auena, & quicquid in
arista se continet, l. fruges, 77. de verb. sign. Congiari vero exhibi-
tio in liquoribus consistebat. Describit distributionem Prudeti-
us, 1. in Symmachum. § Statutum ideo, § post natale, de pace sen-
in feud. in vnaquaque ciuitate annonae res pretio estimari debere,
& vt dicunt taxari, post festum natiuitatis beatissimae Mariae. Vl-
pianus curam omnis carnis, vt iusto pretio vendatur, ad curam
praefecturae pertinere vrbis: & ideo forum stacium sub eius cura
esse tradit, l. 1. § cura carnis, de offi. praef. vrb. P. & ceterorum peco-
rum, quae ad huiusmodi prohibitionem spectant.

§ Archadius quoque Iurifconsultus, l. fin. § item episcopi, de
munerib. & honorib. P. meminit de munere episcoporum seu in-
spectorum, qui praerant pani & ceteris venalibus rebus, scilicet
vt iusto pretio venderentur, & legitimae, nec corruptae vel
interpolatae. Sic Valentinianus & Valens, l. 1. de episcop. aud.
lib. 1. Cod. tit. 7. ad providentiam episcoporum Christiano-
rum etiam reiciunt, ne mercatores commodum mercandi ex-
cedant, vt inuent in necessitate constitutos pauperes. Quae o-
mnia de rebus, quae venales exponuntur, intellige: nam in aliis
non licet pretium rebus primae possessionis imponere, l. nullus, de
Iuda. Cod. gl. in dict. § item episcopi, l. fin. de munerib.

§ Ex Alexi poeta in Pileis, meminit Athenaeus, lib. 6. Di-
pno. cap. 2. legis Aristonici, de pretio rebus venalibus imposito
his verbis:

*Aristonico nullus fuit prudentior
 Latore legum post Solonem. Nunc quoque
 Post ordinata legibus quam plurima,
 Rectissime legem nouam iulii auream:
 In posterum ne venditores piscium
 Vendant sedentes, vsq; stent ad vltimum. Item
 Nunc venditor, si piscium quis vendidit
 Pretio minore quam petiuit, illico
 In carcerem vt ducatur, equo vti
 Pretioque contenti, domum vel putridos
 Pisces ferant ii vesper: mittas annum,
 Mittatur aut puer, senex ve. protinus
 Omnes ement ex lege.*

Honorius & Theodosius CC. pretium piscibus imposuerunt, vt per vicena pondo piscis primæ qualitatæ, solidas ministraretur, ministris piscium principis, in l. 1. de pretio piscis, lib. 14. C. Theod. 14 tit. 20. ¶ Annonæ potissimum hæc functio æstimatur tempore famis & sterilitatis debet, vt obuiam eatur diuitum tyrannidi. Nā vt ait Theodericus Gothorum rex, Cassiod. lib. 4. variat. epistol. 5. Tunc grande commodum est, cum indigentibus pacifici, quando sumes solet totum cōsumere, vt suam necessitatem possit expellere: nam cum ambitioni suæ seruiat propemodum donare videtur, qui vendit rogatus: ad saturatos ire cum mercibus, certamen est.

15 ¶ Instituit Augusti. ne plebs deuocaretur a negotiis frumentationis causa, ter in anno quaterniorum mensium tesseras dati, Suet. in Augusto. Atque Archadius & Honorius statuerunt, penam fiscalem præ Otientem vno numo distrahi, imposita pena etiam illis, qui pro maiori pretio supplicare ausi fuissent, in l. vni. de pretio panis Otien. lib. 14. C. Theod. tit. 18. Existat constitutio Iulianiani, constit. nouell. ar. 12. editum de formulis artificum. in hæc verba: πᾶς τεχνίτης, καὶ μισθωτὴς καὶ ἕμπορος, καὶ τὸ πᾶν ἐπέχει τὸ δικαίωμα, καὶ τὸ πᾶν ἐπέχει τὸ δικαίωμα, εἰ δὲ τὸ πᾶν ἐπέχει τὸ δικαίωμα, ἢ πᾶν ἐπέχει τὸ δικαίωμα. Omnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, secundum auctoris formulam operas locato, merces ve vendito: nam si quid amplius acceperit, pene tripli subiacer.

16 ¶ In militari annona, fiebat distributio per tesseras, secundum præscriptum ordinem dierum, bucellati, panis, vini, aceti, lardi, veruicinae carnis, in l. 1. de erogati. milit. ann. lib. 12. C. ii. 3. 8. Cum tessera enim poterat quis annonam tute petere, & cum ea annonā habere videbatur, l. mortuo bone. 50 §. 1. de legat. 2. l. 2. de frumen. Alex. lib. 11. C. ii. 27. Aliquando ex privilegio, septem dierum spatio, quadam aliæ species dabantur pro rebus quotidianis, & loco tesserae communis, dabatur stellata tessera: & illa distributio dicebatur stellatura. In qua species aliæ dabantur, & constitutum ne in stellatura fraus militibus fieret, neque res illis maiori pretio æstimarentur, quam vendi possent in foro publico, l. septem diebus. 12. de erogati. milit. anno. lib. 12. C. l. species, de cohortal. lib. 12. C. & illa æstimatio ad certati dicta, & annonæ ætatis. Alexander Cæsar annonam militum diligenter inspexit, Tribunos, qui de stellaturis militibus aliquid abutissent, capitali pœna affectit, Lamprid. in Alex. Et Pescenninus Imperator, Tribunos duos, quos constitit stellaturas accepisse, lapidibus obrui ab auxiliariis iussit, Spar. in Pescennio. Scio quid alii de stellatura & stellionatu in hac quaestione comminiscuntur, sed non terno tempore in erroribus resellendis, sufficit mihi, si quod verius puto, salua aliorum nota, referam.

17 ¶ Rursum placuit, de frumentaria ratione quippiam in aliū vsum non posse conuerti ab iis, qui curam eius habent, & conuersam cum suo incremento restituendum. Et hac de causa etiā contra absentem agi posse, l. 2. de admi. rer. ad ciusat. pertinent. lib. 50. P. tit. 3. nempe quod frumentariæ pecuniæ debitor cito cogendus sit, d. l. 2. §. frumentaria. nulla exceptione etiam compensationis admissa, d. l. 2. §. ad frumenti.

18 ¶ Alia actio etiam in eum datur, qui frumento pœnam, vel aliud quid immiscuit, vt difficilis separatio sit, quasi de corrupto, ex lege Aquilia, l. si seruus seruorum. 27. §. item si quis, ad l. Aquil. in P.

De Crimine legis Flauiae de Plagiariis.

Cap. 31.

Lib. 9. C. tit. 20. Lib. 48. P. tit. 15.

- 1 Plagii criminis accusatio, publici iudicii, & plagium quid, 2. & 3.
- 2 Plagium qui committere dicantur.
- 3 Plagiatorum pœna, & actio, 6. 7. 8. & 9.

- 6 Interdictum de Libero homine exhibendo quale. Libero hominem vincire, aut concludere pœnam habet plagii, eod. & seq.
- 10 Scortum supprimens lege Flauia de plagiariis non tenetur.
- 11 Adulterum maritus per 20. horas retinere potest tantum, & latro comprehensus per diem & noctem vniam concludi potest.
- 12 Seruum subrahens, num mori debeat.
- 13 Scripta vel composita ab alio sibi arrogans, punitur vt plagiarius.

Plagii criminis accusatio, publici est iudicii, l. plagii. 13. ad leg. Fab. de plag. C. §. est & inter. de pub. ind. apud Iulii. ¶ Plagiator non vno loco Accursius, in l. 1. in ver. de plagio, eod. tit. in P. & in rub. C. de plagiar. explicat a plagis, veluti a vulneribus & dolore, qui infligitur parentibus & dominis, ex suppressione filiorum, vel seruatorum: cuius fere omnes sententiam secuti sunt. Arbitror autem rectius, a plagis seu retibus dici. Dicuntur enim quoque retia tora, plagæ, prima syllaba correpta, ad capiendos feras. Hinc tendere plagas apud Ciceronem, 3. offic. & Vlpianum quoque, l. que sunt. 12. §. si in agro, de fund. instrum. lib. 33. P. tit. 7. & incidere in plagas, Cicer. 2. in Verrem. Vel plagæ, illi fines secundum Seruum, in 4. Eneid. Virg. in vers. Retia rara plage, late venabula ferro. quibus retia tenduntur, circa inam & summam partem. Hinc metaphora sumta, arbitror plagium dici & plagiarios venationem & venatores hominum, qui veluti feræ retibus, ergastulis capiunt, & supprimunt homines. Sic enim & Plato in Sophista, & 7. de legib. constituit speciem venationis humanam, nempe plagiatoriam & Tyrannidem: de qua & nos alibi pauca tradidimus, lib. 29. Syntax. art. mirab. ca. 2.

¶ Græcis plagiarius ἀρπαγεύτης dicitur, quisquis hominem in captiuitatem redigit: vocant namque ἀρπαγεύτης, non tantum seruum, sed captum quemlibet, & seruituti mancipatum: siue seruus alicui, siue ingenium libere natura sit. Inde ἀρπαγεύτης ἀρπαγεύτης, ἀρπαγεύτης ἐκ τῆς ἀρπαγῆς: vt apud Xenophontem, καὶ τὸ ἀρπαγεύτης τὸ δόξα, ἀρπαγεύτης ἀρπαγῆς. Sic enim dicuntur a compediibus, quibus capti vincuntur: ἀπὸ καὶ ἀρπαγῆς, καὶ ἀρπαγῆς. Aliam quamuis Eultharis & Aristophanis interpres declinationem tradant, καὶ τὸ ἀρπαγεύτης ἀρπαγῆς, a venditione ἀρπαγεύτης mancipiorum. Scio Alciatum, l. Parerg. ca. 47. post Philophum, ἀρπαγεύτης ἀρπαγῆς, id est, ab obliquo seu dolo deriuari plagium: quia obliquus, inquitur, quibusdam artibus & dolis in seruitutem trahebant.

¶ Verum mea sententia magis mihi placet. Ergo ἀρπαγεύτης seu plagiarius erit, qui liberos in seruitutem redigunt, & qui liberum hominem pro seruo vendunt, & qui seruum alienum tanquam suum vendunt. Item & qui emit scienter, Plagian. in l. 1. & l. pen. §. si ad leg. Flauia de plagia. in P. l. quoniam seruus. 7. eod. C. l. si quis seruus. 12. §. l. pen. C. eod. Qui scienter hominem liberum donauerit, aut cum alia re permutauerit, quive ex illis causis sciens prudensque acceperit, l. 4. eod. tit. P. Qui feruum alienum fugituum suscepit, celauit & proprium asserit, l. eum qui. 5. eod. in l. fuga. 6. l. eum qui. 9. C. eod. Cic. pro Rabirio. Id que dolo malo: nam ignoranter & per errorem falsipiens, celansve, in hanc legem non incidit, l. 3. & l. non statim. 6. eo. P. nec qui suos seruos, vel liberos esse asseuerantes supprimunt, l. plagii. 14. C. eod. Incidit quoque in hæc legem, qui liberum ea mente, vt tanquam in seruo de eo negotietur, supprimit, celat, vincit, qui quæve seruo alieno ita perfolet, vt fugiat, l. pen. §. fin. eod. in P. Huc refertur retentio liberatum personarum inuitarum: imminuere libertatem quippe ea videtur, & pœnam postulat. Nihil enim multum ab specie seruitutem differunt, quibus non datur facultas recedendi, Plagian. l. 1. & 2. de libe. homi. exhib. P. Lucianus, plagium ad liberos venditis pro seruis, maxime referre videtur: apud quem, in auctione & venditione philosophorum, in dialo. vitar. Philosoph. sic emtor ait, quia Mercurio emere Diogenem philosophum, qui & profus liberum se asserbat, opraco quid ais tu, vendis hominem liberum? Merc. vendo. ego. Emor, Nihil times ne plagii accusatum, in Atropagitarum iudicium quis te vocet? &c.

¶ Pœna huius criminis olim pecuniaria, l. in fuga. C. ad leg. Flau. de plag. dehinc ea in vsum esse desit, & postmodum pro modo admissi puniri cepit vt plerumque rei in metallum damnarentur, l. si. eo. in P. Atque capitale crimen habitum, l. 1. eod. P. Statutumque vt capite plagiarii plectantur, in aliorum exemplum, l. quoniam seruus. 7. Cod. eod. Ita Constantinus, l. si. eod. C. Plagiarius, qui vnicuique filiorum miserandas instigunt orbitates instali: pœnam ceteris ante cognitis supplicis teneri, vult. Conseruetur autem hoc crimen admittere, si seruus sit, bestia donari: & ingenium gladio conseruetur.

summari. In Codice Theodosiano, *l. vii. ad leg. plagiam, lib. 9. C. Theod. tit. 18.* Constantini lex iubet, ludo gladiatorio seruos plagiarios obici, & liberos sub hac forma, vt antequam aliquid faciant, quo se possint defendere, gladio absumantur. Concurrunt & cum plagio interdum alia crimina, quae poenam exasperant, vt si alicuius filius raptus sit, conclusus & verberatus, de publica quaestio sit, *l. ad eum, ad leg. lul. de vi publ. lib. 48. P. tit. 6.*

¶ Proponit interdictionem praetor, *l. 3. per tot. C. l. de lib. hom. exhib. P.* quod viam ad actionem legis Fabiae de plagiaris praeparat. De libero homine suae potestatis, dolo malo scienter, inuito retento, exhibendo, tuenda libertatis causa. Sicuti & de liberis exhibendis, si detineantur inuito patre, *to. tit. de li. hom. exhib. l. 8. C. tit. 1. l. i. eo. tit. P. l. 4. 3. tit. 2. 9.* quod praeparatorium est ad aliud interdictionem, de liberis deducendis, *l. 3. eod. in P.* Competit autem, vt mouit, & cum his interdictionis accusatio legis Fabiae, *d. c. l. 3.* Sicuti & ciuilitate qui de sollicitata ancilla plagioque facto conuenitur, cum hoc & in rem actione ciuilitate experiri potest, *l. 3. ad leg. Fab. de plagiar. Cod.* Et criminaliter via ordinaria, subscritione & accusatione instituta, *l. ut legis, 3. Cod. eod.* Potest & serui corrupti actio proponi, *l. 2. Cod. eod.* aduersus eum, qui sollicitum seruum deteriorem fecerit, vel occultauerit, *l. 4. de furt. Cod.* In qua actione venit affirmatio in duplum, & rerum etiam a seruo ablatarum, *l. si quis, in fine, C. in hoc iudicio, de ser. corrupt. in P.* Competit & actio cum plagio, furti, *d. tit. l. 4. C. si abducta, de furt. lib. 6. Cod. tit. 1.* furtum namque fit scienter vendendo tertium alienum, *l. 1. C. si sciens, 7. de usuc. pro emt. lib. 7. Cod. tit. 26.*

¶ Lex ¶ Graecorum, *Const. Harmenop. lib. 6. in epio. tit. 8.* Serui aut liberi homines, qui liberos aut seruos alienos distrabunt aut alienant, casti & rasi, manu truncantur. Et rursum eod. Si quis sciens liberum hominem esse, emerit, vendiderit, donarit, in dotem dederit, vel pro re permittauerit, vna quaelibet harum causa probata, manus ei abscindantur. ¶ Athenienses ¶ pronuntiarunt, Nemonem molitorem occidendum esse, quod Pellenaum puerum ingenium, sciens dolo malo, in pistino & vinculis habuisset, *Dinar. contra Demofth.* nam & leges eorum morte multant eos, qui in seruitutem homines redigebant, vt scribit Xenophon *lib. 2. de dict. 9. C. in Socr.* ¶ Lex ¶ diuina sic quoque se habet, *Exod. cap. 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus morte moriatur.* Quod transcriptum in Decretalibus Gregorii, *c. i. de furt.* Quamuis Panormitanus tradat in *d. tit. cap. 1. de furt.* in foro ecclesiastico, mortem illam naturalem non infligi, sed acriorem poenam sine morte: quia ecclesia non nouit sanguinis poenam, c. in archiepiscopatu, de rapt. cum similib. ibi nota. Verum qui possit in tam graui scelere episcopus remittere negotium cariae seculari, nihil mihi prohibere videtur. In legibus Salicis *tit. 11. §. 1.* sic quoque statutum: *Qui seruum ancillamve alterius furatus fuerit, vt & caballum culpabilis 1400. denariorum, qui facinus 35. solidos, si ascetur: de ancilla triginta, excepto capitali & delatura Rursum §. 5. eius. tit. Si seruum puledrum seruauit de ministerio domitorum furatus, 1800. denar. seu 45. solidi culpabilis iudicetur. Et iterum in leg. b. Salic. tit. 4. de plagiariorib. §. quarto: Qui hominem ingenium plagiauerit & vendiderit, & postea in patriam reuersus fuerit, Malberg frisolano, seu ande fecto 8000. denar. qui facinus solid. 200. culpabilis iudicetur. Et rursum alia §. 1. praed. tit. Si quis mancipia aliena sollicitauerit, conuictus Malberg Theulasma 600. 10 denar. qui facinus solidos 15. culpabilis iudicetur. ¶ Excusat ¶ causa suppressendi hominem, interdum a crimine legis Flaviae de plagiaris, veluti si quis scortum libidinis causa suppresserit, celauerit, vel rapuerit: nam turpius facit scortum, quam qui surripit & facti ignominiam secum compensat, *Ulpian. l. verum est, 40. de furt. lib. 47. P. tit. 2.**

¶ Excusatur ¶ etiam in iure, qui detinuerit per viginti horas, & domo conuulerit adulterum cum vxore comperit, non autem si ultra retinuerit, *Ulpian. in l. capite quimo, 25. ad leg. lul. de adul. P.* Atque in legibus Wisigothorum, haec, *l. 22. de furt. lib. 7. Cod. Wisigot. tit. 2.* Si quis furem aut quemcumque reum comprehenderit, statim perducatur ad iudicem: Ceterum sua domus amplius, quam vna die & nocte retineat non audeat. Si quis contra hoc fecerit, quinque solidos iudici pro sola hac praesumptione cogatur exsoluere, &c. Interdicunt enim leges omnibus priuatis, qui iurisdictionem non habent, carceres, *Lenic. de priuati. carcer. Cod.* ¶ Ex ¶ iure Iustiniano, qui seruum alienum abduxisset morte pledebatur, *l. 7. ad leg. Flavi. de plag. Cod.* Hoc tamen emendauit contuetudo, quam lege firmavit Leo Caesar; statuitque, ne posthac ob id mors infligeretur, sed vt qui alienum seruum abduxisset deprehensus esset, & cum his eiudemque pretium, & ita duplum domino restitueret, tum etiam quicquid ex industria eius ipsi accessisset, & quantum dominus non amisso seruo eius nomine per ipse potuerit, inconstituit. *Leonis, constitut. 61. tit. 1. de ar. d. r. de plagio.*

¶ In ¶ iure Wisigothorum, seruus qui alienum seruum domino nesciente plagiauerit, centum quinquaginta coram iudice extentus accipiebat, *d. tit. cap. Wisigothor. l. 4. de usurpato. & plagiar. mancipio. tit. 3.* At de ingenuis alia seuerior lex haec, *l. 3. eod. tit.* Qui suum aut filium alicuius ingenui aut ingenna plagiauerit, aut sollicitauerit, & in populos nostros, vel in alias regiones transferri fecerit: huius sceleris auctor patri aut matri, fratri, uel si fuerint, aut proximis parentibus in potestate tradatur, vt illi occidendi aut vendendi habeant potestatem, &c. *l. item legibus, l. 3. de inuasio lib. 8. Cod. Wisigot. tit. 1.* Quicumque dominum vel dominam, intra domum vel cortis suae ianuam conuulerit, et si que aditum egressio nis negauerit, sive ut id fieret alius praeeperit, pro ausu temeritate auctor sceleris det domino auri solidos numero triginta, & insuper centum flagella suscipiat. Inter plagiarios annumerantur, qui aliorum scripta sibi arrogat vt sua. Statuit enim aliquando Ptolemaeus, vt furti in hos ageretur, qui in literarum certamine, aliena tanquam sua protulissent, damnatique sunt summa cum infamia, detegente furtum illorum Aristophane, vt scribit Vitruuius Pollio *lib. 7. Architec.* Pollianus dicit *lib. 2. epig. in Poetas,* poetas, ἀλλότριον λοποδότης ἐπιβόη, expilat. res seu fures aliorum veruum. Plagiaris Martialis, his versibus, ad Quintianum, *lib. 1. epig. epig. 20.*

*Commendo tibi, Quintiane, nostros,
Nostros dicere si tuem libellos
Possum, quos recitat tuus poeta.
Si de se uisio graui queruntur,
Asseror uenas, satisque praestes.
Et cum se dominum uocabit ille,
Dicas esse meos, manumque missos.
Hoc si ter que quaterque clamitaueris,
Impones plagiaris pudorem.*

Diagoras Teleclidis filius, impius dictus, quod plagii accusatus a poeta quodam, de surrepto praene a se conscripto eiuisset furtose non teneri, atque ille paulo post prolato in lucem praene secunda fama hominum ueretur: quam obrem & caestus Diagoras, orationes scripsit ἀποπυρρῶν, quasi de turribus praecipitantes dicas, quae defectiois causam a communi de diis persuasionem continebant, vt scribit Hesyechius Milesius Illustrius, πρὸς ἀποπύρρον. Numenius Pythagoricus Philofophus, Apamia oriundus, Platonis ingenium nota perstringit, quod ueluti plagio surripuerit ex Mosaicis libris quae de mundo & Deo prodidit: vnde & alibi vocat Platonem Mosem Atticifantem, *idem eod.*

DE PRIVATIS DELICTIS,

LIBER XXXVII.

De Furto. Cap. I.

Lib. 47. P. tit. 2. Lib. 6. C. tit. 2. Lib. 5. Decret. tit. 18.

1 Furtum grauius peccatorum habuit crimen, & eius ex naturalibus etiam lege detestatio.

2 Furus apud Lacedaemonios astuti laudati, & apud Aegyptios: & ratio nu. 4.

3 Sacrificium Mercurii apud Samos quare permittebat illo tempore furtum.

5 Fures qui persecuti fuerint, & fur num desinat esse praesententia.

6 Furti finitio, & vnde dicitur.

7 Furtum maxime affectu & animo, non rei quantitate persequitur, eod.

8 Furtum in quibus committitur.

9 Furtum non fit sine contumeliatione.

10 Furtum non fit rei pro derelicto habitae, nec rei nostra.

11 Furtum ut fiat, debet fieri inuito domino.

